§. 13. II. Per godere questo premio i missionarj al fine delli dodici anni, che saranno stati nel collegio, dovranno ogni anno essere usciti a far missioni; non però sia ad essi d'impedimento, che in qualche anno non siano usciti a motivo d'infermità, o di altra legittima causa esaminata, ed approvata dal definitorio.

De negotantibus, et agere amplius non valentibus.

§. 14. III. In caso, che qualche missionario cadesse infermo, e s'impedibilitasse in maniera, che a giudizio del definitorio sia giustamente necessario lasciare l'esercizio delle missioni; se ciò succeda compiti tre anni di tal'esercizio nel collegio gli si reputerà quel triennio, come se avesse fatto un guardianato; se alli otto anni di collegio, come se avesse fatto due guardianati; e se agli undici anni, come se avesse fatto tre guardianati per potere avere i rispettivi officj, che aver possa nella provincia.

De iis qui labiliter minus eisdem conceditum expleverunt.

§. 15. IV. Similmente, se qualche religioso dopo di aver fatto lodevolmente un guardianato si destinasse all'esercizio delle missioni, e dal definitorio fosse ammesso nel collegio, il triennio del guardianato gli si reputerà come se l'avesse impiegato nelle missioni, e gli rimarranno a passare soli nove anni nel collegio, nell'istesso modo, e forma, che si è spiegato. Se il religioso, che si destinasse, e fosse ammesso, come si è detto, avesse fatto lodevolmente due guardianati, gli s'imputeranno, come se per otto anni avesse esercitato l'impiego di missionario nel collegio, ove gli rimarranno a fare soli quattro anni per conseguire il premio. Se poi alcuno pretendesse, e per le sue qualità fosse ammesso nel collegio dopo di aver fatto tre guardianati, gli si dovranno imputare, come se avesse esercitato l'impiego di missionario nel collegio per lo spazio di undici anni, e per conseguire il premio gli rimarrà a passare ivi un solo anno.

De admittendis supra numerum electorum.

§. 16. V. Se compito il numero delli dodici missionarj, vi fosse qualche religioso, che aspirasse ad esserlo, *Boll. Rom. Tom. VI.*

e fosse di tali qualità, che a giudizio del definitorio si credesse esser per le missioni più importante, che qualcuno de' più moderni, che non sia ancora stato nel collegio sei anni; in tal caso questo potrà destinarsi a qualche altro impiego proporzionato nella provincia, ed in questa maniera far succedere nel collegio la vacanza, acciocchè vi possa entrare quel nuovo pretendente.

De electis a definitorio aut tempus praefinitum.

§. 17. VI. Se dal definitorio fosse ammesso nel collegio qualche religioso prima di terminare i dodici anni da che terminò i corsi di filosofia, e teologia scolastica, non gli si conteranno dodici anni di esercizio stabiliti per il premio, finchè non abbia terminato i dodici anni da che compì i detti corsi, e fin'allora le di lui fatiche si reputeranno, come se fuori del collegio fosse stato impiegato negli esercizi della cattedra, e del pulpito.

§. 18. VII. Se qualche missionario terminati i dodici anni, e ottenuti già i premj suddetti, volesse continuare a stare nel collegio proseguendo l'esercizio delle missioni, gli si darà il titolo di padre della missione, e morendo in tempo di continuare in tale esercizio, oltre i suffragj dovutigli dalla provincia, ciascuno de' missionari attuali del collegio celebrerà tre messe in suffragio dell'anima sua.

De iis, qui, expleto tempore praefinito, in collegio perseverant.

§. 19. VIII. Se nel collegio vi fosse qualche missionario di qualità tali, che la provincia consideri conveniente eleggerlo in provinciale, o custode, potrà farsi anche prima, che termini i dodici anni del collegio. Non potranno però dal medesimo estrarsi i missionarj prima d'aver compiti i dodici anni, a fine di farli guardiani: ma solamente potrà farsi il guardiano di s. Bernardino, prima di compire i dodici anni; perchè converrebbe, che il guardiano di quel convento, dove sta il collegio, fosse stato missionario.

De iis, qui in praesides, vel custodes provinciae eligi possunt.

§. 20. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, iidem exponentes, quo firmiter constitutiones, ac statuta hujusmodi subsistant, ac serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio roborari plurimum desiderant,

Preces perrectæ pro obtinenda apostolica confirmatione.

§. 21. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia ab-

Tenor confirmationis.

solventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas constitutiones, et statuta, cum omnibus, et singulis in eis contentis apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus; illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 22. Decernentes easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 23. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Privilegium pro celebratione missæ bis in hebdomada, cum suffragio, ad instar altaris privilegiatæ.

§. 24. Quo vero huiusmodi tam salubris institutio cum Christifidelium animarum utilitate, ac eorundem religiosorum commodo magis magisque quotidie incrementum suscipiat, iisdem omnibus religiosis conventus prædicti, qui de licentia ordinariorum evangelizando verbum Dei, ac in excipiendis sacramentalibus Christifidelium confessionibus tempore missionum assiduam operam navaverint, indultum ut sacrosanctum missæ sacrificium, quod

ipsi pro animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint bis in hebdomada ad quodcumque altare celebraverint, anima, pro qua celebratum fuerit perinde suffragetur, ac si ad altare privilegiatum fuisset celebratum auctoritate apostolica harum serie concedimus.

§. 25. Quibus insuper ultima die missionum facultatem solempniter benedicendi populo cum plenaria omnium peccatorum indulgentia Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis nomine, et auctoritate post sacra missarum solemniam juxta ritum, et formulam consuetam, auctoritate, et tenore prædictis pariter tribuimus.

Privilegium benedicendi populo ultima die missionum cum indulgentia plenaria.

§. 26. Immo, si durantibus missionibus huiusmodi interdum contingat aliquem ita infirmari, ut in mortis articulo constitutus sit, si vere pœnitens, ac confessus, et sacra communione refectus, vel quatenus id facere nequeverit, saltem contritus nomine Jesu ore, si potuerit, sin minus corde devote invocaverit, ut toties religiosi prædicti apostolicam benedictionem Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis pariter nomine cum plenaria omnium suorum peccatorum indulgentia, et remissione impertiri libere, ac licite valeant, et possint, auctoritate, et tenore prædictis, servata tamen in omnibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri sub plumbo nonis aprilis MDCCXLVII. literarum incipiente *Pia mater* = forma, et dispositione elargimur. Demum ad omnes Christifideles interessentes rudimentis doctrinæ christianæ ab iisdem religiosis tempore missionum explanandis omnium suorum peccatorum indulgentiam, et remissionem, jam alias a felicis recordationis Clemente XIV. prædecessore itidem Nostro per suas literas in simili forma Brevis die prima septembris MDCCCLXIX expeditas concessam eadem auctoritate, et tenore extendimus, ac ampliamus. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima septima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

Ampliatio privilegii pro infirmis, et in articulo mortis constitutis.

Dat. die
30 augusti
1782
Anno VIII.

CCCXCII.

Facultas archiepiscopis, et episcopis regni Siciliae extrahendi reos e locis immunibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. **P**ublicæ Christifidelium omnium quietis, et tranquillitatis cultores a Domino constituti, prædecessorum Nostrorum Romanorum pontificum exempla sectantes, qui ad publicam tranquillitatem fovendam, firmandamque, nonnullorum criminum reos beneficio sacri asyli minime gaudere decreverunt; Nos quoque ubi delictorum qualitas, atque frequentia id exigat, catholicorum principum votis hisce desuper Nobis porrectis libenti animo annuimus, sicut omnibus serie perpensis in Domino magis salubriter expedire conspiciamus.

Ratio concessionis, et expositio precum ab utriusque Siciliae rege porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliae, et Hierusalem regis illustris expositum fuit, quod in civitatibus, terris, et locis, tam citra, quam ultra Pharam sibi subjectis, tum ii, qui ad opus damnati sunt, tum etiam milites stationarii triremes, aut oppida, ubi in præsidium collocati fuere, respective aufugiant propter facilem, patentemque aditum ad ecclesias, aliaque loca immunia, ibique se recipiunt, unde pœnam ex patrato delicto promeritam evadere adituntur. Quamobrem in civitatibus, et locis prædictis plures proveniunt perturbationes, et mala, ac militaris disciplina, quæ in exercitiis necessaria omnino est, quæque publicam etiam quietem, ac tranquillitatem tuetur, grave inde patitur detrimentum.

Tenor concessionis

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, ipse Ferdinandus rex præmissis omnibus opportunum remedium apostolica auctoritate a Nobis adhiberi plurimum desideret; Nos ejusdem Ferdinandi regis, hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopis, et episcopis civitatum, et diœcesum eidem Ferdinando regi subjectarum facultatem, cum debita licentia, ac intervenita personæ ecclesiasticæ ab eisdem archiepiscopis, et episcopis respective deputandæ, quæ etiam aliam personam pariter ecclesia-

sticam sui loco delegare possit, tum ad opus damnatos, tum etiam milites reos disertionis a quibusvis ecclesiis, et locis immunibus dictarum civitatum, et diœcesum extrahendi, ac illos regis ministris consignandi, reportata tamen prius ab iisdem jurata obligatione de non animadvertendo in eos abreptam fugam, sed dumtaxat eos habendi, veluti ad opus damnatos, et milites stationarios durante tempore primæ inflictæ pœnæ, aut conventæ militiæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ adversus contravenientes Nobis, et pro tempore existenti Romano pontifici præterquam in mortis articulo reservato, auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

Derogatio contrariorum.

CCCXCIII.

Dat. die
6. septembris
1782
Anno VIII.

Confirmatur transactio inter priorem majorem ex una, et fratres obedientiæ hospitalis s. Joannis Hierosolymitani conventus Cæsaraugustanæ diocesis, ex altera partibus, inita.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Quæ ad dirimendas, compescendasque lites, et controversias inter personas præsertim regulares, quibus una, ac eadem debet esse mens, et spiritus, ut in abundantia pacis veros Dei famulos esse, et dici queant, diu vigentes conventa, statutaque sunt, libenti animo, quoties id a Nobis postulatur, roboramus, quemadmodum rerum, et temporum circumstantiis mature, seduloque perpensis in Domino magis salubriter expedire conspiciamus.

In irritum cessis a Clemente pp. XIV sanctis duo aliquantur fratres ad controversias componendas.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Vincentii de la Figuera fratris militis expresse professi castellanæ de Emposta, ac magnæ crucis, et bajulivi hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani expositum fuit, quod alias ad tollendas partium studia, ac dissentiones, quæ in conventu fratrum cappellanorum obedientiæ castellani de Emposta hospitalis prædicti in loco de Caspe Cæsaraugustanæ diocesis jamdiu exorta erant, in confirmatione decreti dilectorum filiorum consilii dicti hospitalis felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster pro bono, ac felici ejusdem conventus regimine, ac gubernio quasdam leges, ac statuta per suas in simili forma Brevis die vii. septembris MDCCLXXIII. expeditas literas sancivit, quæ tamen aliquibus emergentibus da causis usque in præsens debitam non obtinuerunt executionem, quapropter ne controversiis, ac litibus hujusmodi nimis, quod par est, invalescentibus sero remedium pararetur, memoratus Vincentius, annuente quoque magno magistro hospitalis prædicti, duos fratres milites dicti hospitalis designavit, quibus difficilem hanc commisit provinciam, nempe quæstiones, ac dissidia inter fratrem cappellanum, priorem, sen majorem edituum, vulgo sagrestano, ex una, et fratres cappellanos obedientiæ dicti conventus ex altera vigentes compescendi, ac sedandi, immo eas transactione inter fratres cappellanos hujusmodi componendi. Voto res cessit; post

namque diutinas discussiones, ac hinc inde altercationes, tandem unanimi consensu hæc fuerunt statuta tenoris, qui sequitur.

§. 3. Frater Emmanuel de Rohan D. E. I. gratia sacrae domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani militaris ordinis sancti Sepulchri Domini, et ordinis sancti Antonii Viennensis magister humilis, pauperumque Jesu Christi custos. Universis, et singulis præsentibus nostras literas visuris, lecturis, et auditoris salutem. Notum facimus, et in verbo veritatis attestamur, qualiter infrascriptum decretum extractum fuit ex libro conciliorum in cancellaria Nostra conservato; quod quidem in hanc publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ubique tam in judicio, quam extra eidem plena, et indubitata fides adhibeatur. Cujus tenor est, qui sequitur, videlicet = Die xv. mensis decembris MDCCLXXX. Essendo stata letta la relazione del tenore seguente cioè.

Statutorum de consensu patrum confessorum tenor.

Eŕno signore, e sagro consiglio.

» Le frequenti inveterate dissensionibus del convento di san Giovanni di Gerusalemme nella città di Caspe, composto questo di religiosi d'ubbidienza, hanno ultimamente impegnato la bontà, e giustizia dell'eminenza vostra a dare orecchio ai loro reclami, con dare l'opportuno provvedimento, per radicalmente troncare le insorte controversie tra rispettivi membri, è capo, come rilevasi dalla magistral lettera delli 20 corrente maggio, in cui viene ordinato dall'eminenza vostra al venerando gran castellano d' Emposta bali don Vincenzo la Figuera di nominare due commissarij per esaminare tutte le questioni già introdotte nel supremo consiglio di Castiglia, relative massime al regio exequatur del Breve apostolico a favore della sagra religione ad oggetto di poter nuovamente ricorrere a Sua Santità per altro Breve, da cui ne possa risultare la concordia, e pace tanto desiderabile, e necessaria per il maggior servizio divino fra li religiosi suddetti, disposti peraltro a volere accettare, ed a conformarsi alle superiori determinazioni, e comandi di vostra eminenza. In seguito di che, ed in vigore della suddetta lettera d'ordine, il venerando gran castellano d' Emposta passò alla no-

» mina di due commissarj , cioè del
 » commendatore fr. Saverio Ramiro , e
 » del commendatore fr. don Antonio
 » Muñoz di Pamplona , affinché solle-
 » citamente si trasferissero alla suddetta
 » città di Caspe con li rispettivi docu-
 » menti concernenti le dispute , e con-
 » troversie pendenti per conferire , e
 » concordare con il prior maggiore fr.
 » Francesco Samper , segrestano mag-
 » giore , e religiosi del convento tutte
 » quelle differenze , e punti , che allon-
 » tanano gli animi dalla vera cristiana
 » concordia , e che presentemente si di-
 » sputano nel supremo consiglio di Ca-
 » stiglia.

» Non poteva al certo eseguirsi
 » dalli nominati commissarj più lode-
 » volmente , e con maggior zelo una
 » commissione di tanta importanza ,
 » poichè avendo esso preventivamente ,
 » e separatamente con somma accortezza
 » disposto gli animi del prior maggio-
 » re , e di tutti gl'individui canonica-
 » mente convocati a quest' oggetto nello
 » stesso convento , dopo aver conferito ,
 » e trattato con la più matura rifles-
 » sione , si è finalmente di comun con-
 » senso terminata questa pendenza , per
 » la quale potrà ricorrersi a Sua San-
 » tità per il suddetto altro Breve , che
 » è quanto abbiamo l'onore di riferire
 » all' eminenza vostra a cui facciamo
 » umilissima riverenza ,

Umilissimi , devotissimi , obligatis-
 simi servitori , e religiosi obbe-
 dientissimi

Il priore della chiesa

Il Inogotenente del gran consigliere
 bali Abri Descallar.

L' emò , e rño signor gran maestro , ed
 il venerando consiglio d' unanime
 voto hanno approvata la relazione
 suddetta ,

Tenor dictarum conventionum est ,
 ut sequitur

In Dei nomine amen.

» Cunctis ubique pateat , et no-
 » tum sit , quod in villa de Caspe die
 » decima sexta aprilis anni a nativitate
 » Domini nostri Jesu Christi millesimo
 » septingentesimo octuagesimo existen-
 » tes intus conventus sancti Joannis or-
 » dinis hospitalis Hierusalem coram ma-
 » gnifico Francisco Antonio Campos
 » scriba publico regio , et notario col-
 » legiali sancti Joannis Evangelistæ ci-
 » vitatis Cæsaraugustanæ , et illius in-

» cola , et coram testibus infrascriptis ,
 » illustres domini frater don Antonius
 » Muñoz Pampilonensis commendata-
 » rius de Ambel , et frater don Franci-
 » scus Xaverius Ramiro commendata-
 » rius commendæ magistralis d' Aliaga
 » dictæ sanctæ religionis sancti Joannis
 » Hierosolymitani in castellania Empos-
 » tæ , nomine , et tanquam habentes
 » commissionem ab illustrissimo domi-
 » no fratre don Vincentio de la Figuera
 » magno castellano Empostæ vigore li-
 » terarum commissionis datarum , et
 » expeditarum favore dictorum domi-
 » norum , quæ ad literam sunt sequentis
 » tenoris.

» Nos frater don Vincentius de
 » la Figuera eques magnæ crucis incly-
 » tæ militaris , et sacræ religionis san-
 » cti Joannis Hierosolymitani magnus
 » castellanus Empostæ bajulivus de Mi-
 » ravete , commendatarius de Mouron ,
 » et sancti Joannis Cæsaraugustanæ , re-
 » sidentis in hac civitate Valentia , et cum
 » dicta qualitate prælatus superior no-
 » stri conventus sancti Joannis villæ de
 » Caspe. Sicut eminentissimus , et se-
 » renissimus dominus frater don Em-
 » manuel de Rohan magister dictæ meæ
 » sacræ religionis mediante ejus epistola
 » sub datum Melitæ die 20. maii cur-
 » rentis anni mihi demandat , ut no-
 » minem , seu deputem duos commis-
 » sarios ad effectum , ut se confe-
 » rant ad villam de Caspe , ibique col-
 » loquantur , et conveniant cum priore
 » majore fratre Francisco Samper , et
 » reliquis religiosis nostri conventus exi-
 » stentis in eadem villa omnia quæstio-
 » num capita , quæ disputantur , et con-
 » trovertuntur in supremo consilio Ca-
 » stellæ super executione cujusdam Bre-
 » vis apostolici , quod obtinuit mea sa-
 » cra religio , et vigore resolutionum ,
 » ad quas deveniatur , possit curari ,
 » et obtineri novum Breve apostolicum ,
 » cujus vigore dirimantur , et impona-
 » tur finis omnibus difficultatibus , quæ
 » insurrexerant ; et cupiens tamquam
 » fidelis obedientiæ filius præstare de-
 » bitam executionem , et ad hoc , ut
 » nulla de causa redargui possit mea
 » agendi ratio de mora ; idcirco concedo
 » meam commissionem , meliori , qua
 » facere possum , forma d. Antonio
 » Muñoz , et d. Francisco Ramiro ,
 » quorum secundus est commendatarius
 » de Aliaga , primus vero commendata-
 » rius de Ambel , ad hoc , ut se con-
 » ferant ad dictam villam de Caspe , et
 » conjunctim cum priore majore , et re-
 » ligiosis dicti conventus , aut alio , quem

„ ipsi deputarent , et consideratis omni-
 „ bus documentis concernentibus di-
 „ sputationes , et controversias penden-
 „ tes in dicto supremo consilio super
 „ executione dicti Brevis agant , et con-
 „ veniant de mediis opportunis ad eas
 „ dirimendas , et in scriptis redigant
 „ totum id , quod conclusum , et con-
 „ ventum fuerit mihi transmittatur , ad
 „ hoc ut , iis visis , dare valeam cor-
 „ respondentem cursum juxta ea , quæ
 „ significavit eminentissimus , et sere-
 „ nissimus dominus magnus magister
 „ in prædicta ejus epistola , et pro iis
 „ omnibus , et reliquis , annexis , con-
 „ nexis , et dependentibus concedo di-
 „ ctis dominis commissariis omnes meas
 „ facultates , delegando in eorum per-
 „ sonas illas , quæ mihi competunt tam-
 „ quam prælato superiori dicti conven-
 „ tus villæ de Caspe. Et ad hoc , ut con-
 „ stet mandavi expediri præsentem mea
 „ manu subscriptas , ac impressas cum
 „ sigillo , et insignibus mei stemmatis ,
 „ et registratas ab infrascripto meo se-
 „ gretario in civitate Valentiae die se-
 „ ptima mensis septembris anni millesi-
 „ mi septingentesimi septuagesimi octa-
 „ vi = Fr. don Vincentius de la Figuera
 „ magnus castellanus Empostæ = de man-
 „ dato dicti illi domini = Dominicus
 „ Piquer ejus secretarius.

„ Et supra expresso nomine præ-
 „ lati domini commendatarii commis-
 „ sarij ex una parte , et ex altera coa-
 „ dunato , et convocato capitulo prioris
 „ majoris , et religiosorum supradicti
 „ conventus sancti Joannis Hierosolymita-
 „ ni villæ de Caspe de ordine , et
 „ mandato fratris d. Francisci Samper
 „ illius prioris majoris , et facta inti-
 „ matione per Marianum Fabian sacri-
 „ stam sæcularem ecclesiæ parochialis
 „ ejusdem villæ , qui in pleno capitulo
 „ retulit mihi supradicto scribæ , et no-
 „ tario , quod de ordine , et mandato
 „ supradicti prioris majoris convocave-
 „ rat ad capitulum omnes religiosos di-
 „ cti conventus pro præsentis hora , et
 „ loco , et pro infrascripto negotio coa-
 „ dunati , et congregati in ædibus prio-
 „ ralibus in loco , et sede solitis , in qui-
 „ bus aliis vicibus pro talibus , et si-
 „ milibus actibus , ac rebus solent con-
 „ gregari , et coadunari in uno ex ca-
 „ pitulis habitis , ejusque convocationi
 „ interfuerunt , et adfuerunt infrascripti ,
 „ et sequentes.

„ Primum prærelatus fr. d. Fran-
 „ ciscus Samper prior major fr. d. Au-
 „ gustinus Punter sacrista major , fr.
 „ d. Joachim Martin procurator , doctor

„ fr. d. Petrus Arpal , et doctor frater
 „ d. Antonius Navarro , et doctor frater
 „ d. Augustinus Gentol , frater d. Hia-
 „ cyntus Cortes pœnitentiarius , et do-
 „ ctor frater d. Antonius Royo magistra-
 „ lis , qui omnes sunt prior , sacrista
 „ et religiosi dicti conventus ; et uti ta-
 „ les agentes , constituentes , et repræ-
 „ sentantes totum dictum capitulum , et
 „ capitulares præsentem pro se ipsis , et
 „ pro absentibus , futuris , et successo-
 „ ribus omnes unanimes , et conformes ,
 „ et nemine discrepante , neque contra-
 „ dicente , dixerunt ambæ partes , quod
 „ sicut tractaverant , et convenerant re-
 „ digere in publicum instrumentum con-
 „ ventionem , quam inter ipsos cum
 „ suis respectivis qualitatibus fecerant ,
 „ et descripserant in libro resolutionum
 „ communitatis sub datum diei decimæ
 „ tertiæ currentis mensis , et anni ; ideo-
 „ que pro ejusdem conventionis puro ,
 „ et debito effectu libenter ex certa scien-
 „ tia , et certiores redditus de omni eor-
 „ rum jure deveniebant , et devenerunt
 „ ad stipulationem publici instrumenti
 „ conformiter ad dictam conventionem ,
 „ quæ ad literam est tenoris sequentis.

„ Attendentes , quod in hoc con-
 „ ventu præterito anno millesimo se-
 „ ptingentesimo septuagesimo celebrata
 „ fuit sacra visitatio ab illustri domino
 „ commendatario fratre d. Josepho Cu-
 „ ber , et doctore d. Francisco Xaverio
 „ de Falces canonico ecclesiæ cathedra-
 „ lis Barbastrensis vigore specialis com-
 „ missionis , quam ad hunc effectum
 „ eis contulit venerandus magnus ca-
 „ stellanus Empostæ frater dominus
 „ Michael Doz , et Naval , quodcumque
 „ in hac sacra visitatione post habitam
 „ necessariam cognitionem a dictis do-
 „ minis visitoribus latum fuit gene-
 „ rale decretum , quod ex ipsa resul-
 „ tat , quodque intimatum fuit priori ,
 „ et religiosis die vicesima prima de-
 „ cembri supradicti anni millesimi se-
 „ ptingentesimi septuagesimi , et non
 „ obstantibus justis , ac laudabilibus
 „ provisionibus , quas illud continet ,
 „ excitatæ successive fuerunt inter in-
 „ dividuos dictæ communitatis variæ
 „ dissensiones , et discordiæ , ad quas
 „ dirimendas , et radicitus recideandas
 „ unico ictu consideratum fuit oppor-
 „ tunum recurrere ad sanctam Sedem
 „ pro impetrando Breve apostolico , quod
 „ Sanctitas Sua dignata fuit concedere
 „ sub die septima septembris anni mil-
 „ lesimi septingentesimi septuagesimi
 „ tertii ; quod quidem Breve exhibitum
 „ in supremo consilio Castellæ pro parte

„ venerandi magi castellani Empostæ
 „ ad effectum obtinendi regium exc-
 „ quatur, orta fuit formalis lis, in qua
 „ se opposuerunt dicti prior, et reli-
 „ giosi, curando, ut denegaretur exe-
 „ cutio eidem Brevis, et demandaretur,
 „ ut retineretur in forma ordinaria,
 „ ex quo (prout exposuerunt) aderant
 „ in eo vitia obreptionis, et subreptio-
 „ nis, quibus mediantibus fuerat im-
 „ petratum, et ex aliis motivis, et
 „ inconvenientibus, quæ juxta eorum
 „ opinionem illis inferebant intollera-
 „ bilia præjudicia, et eversionem in
 „ magna parte suarum fundamentalium
 „ constitutionum, earumque additio-
 „ num, et declarationum, rescripto-
 „ rum, et privilegiorum, quæ vigeant
 „ in eorum rigida observantia, et qui-
 „ bus mediantibus regebatur, et guber-
 „ nabatur conventus. Hinc omnibus si-
 „ gnificatis serenissimo eminentissimo
 „ domino magno magistro subiiciendo
 „ ejus considerationi, defensionem,
 „ quam agebat præsens conventus in
 „ prærelata lite, et difficultatem, quæ
 „ aderat pro obtinendo favorabili regio-
 „ exequatur supradicti Brevis apostoli-
 „ ci, prælaudatus serenissimus domi-
 „ nus magnus magister hisce omnibus
 „ consideratis, habendo præ oculis ea,
 „ quæ significaverat, et exposnerat su-
 „ pradictus prior major nomine integri
 „ sui conventus sub die decima sexta
 „ martii anni millesimi septingentesi-
 „ mi septuagesimi sexti per suas lita-
 „ ras datas sub die vicesima maii anni
 „ millesimi septingentesimi septuagesi-
 „ mi octavi, quas communicavit veneran-
 „ do castellano, dignatus fuit demandare,
 „ ut concordarentur puncta, quæ contro-
 „ versie causam dederant eo faciliore, et
 „ magis opportuno medio, quo quæstio-
 „ nes penitus abrogarentur usque ad
 „ earum initium, mediante impetratio-
 „ ne novi apostolici Brevis, quod radi-
 „ citus extingueret religiosorum dissen-
 „ siones, et discordias, ac supradictam
 „ controversiam removendo quodcum-
 „ que obstaculum, quod impediret re-
 „ gium exequatur, deputatis ad hunc
 „ effectum in assemblea duobus com-
 „ missariis, qui sese conferendo in hanc
 „ villam colloquerentur, et convenirent
 „ cum religiosis id, quod ad supradic-
 „ tum effectum conveniens foret: hac
 „ vero relatione visa prius ab assem-
 „ blea remissa ad conventum, et exa-
 „ minata a venerando consilio sacre
 „ religionis successive dirigi deberet
 „ gressus ad impetrandum novum Bre-
 „ ve. Supradictus venerandus castella-

„ nus Empostæ in executionem supradic-
 „ ti mandati serenissimi, et eminent-
 „ tissimi domini magi magistri me-
 „ diantibus suis literis formiter expedi-
 „ tis in civitate Valentie sub datum
 „ diei septimæ septembris anni mil-
 „ lesimi septuagesimi septuagesimi
 „ octavi deputavit prælatos dominos
 „ commendatarios fratrem dominum
 „ Antonium Muñoz Pampilonensem,
 „ et fratrem dominum Franciscum Xa-
 „ verium Ramiro, qui sunt præsentés,
 „ in supradictos commissarios, ad hoc,
 „ ut executioni demandarent mandatum
 „ eminentissimi magni magistri, ad
 „ quem effectum iidem domini com-
 „ missarii sese contulerunt ad hunc
 „ conventum. Congregati ipsi cum di-
 „ cto priore majore, et religiosis post-
 „ quam seria habita reflexione collo-
 „ cuti fuerunt, et egerunt super assum-
 „ pto, de quo res est præ oculis ha-
 „ bentes ea omnia, quæ illud concer-
 „ nunt, et pendentes controversias ani-
 „ mo eas derimendi, et evitandi suc-
 „ cessivis temporibus motiva, quæ illis
 „ præbeant occasionem, nec non dis-
 „ sentiones, et discordias inter religio-
 „ sos, cupientes isti patefacere emi-
 „ nentissimo magno magistro, quod
 „ sunt, et erant fideles obedientie filii
 „ ex conformi, et unanimi omnium
 „ consensu, cum alia magis opportu-
 „ na media non inveniant, convenerunt
 „ sequenti modo.

1.º „ Quod sicut causam præ-
 „ buit dissentionibus, et discordiis inter
 „ religiosos electio in vacationibus be-
 „ neficiorum Frailias nuncupatorum ejus-
 „ dem conventus declaretur id, quod
 „ statuitur in septima ex constitutioni-
 „ bus fundamentalibus, quæ videntur in
 „ hoc conventu in terminis, ut eadem
 „ beneficia Frailias nuncupata, quæ
 „ successive vacabunt, exceptis iis duo-
 „ bus, de quibus habebitur sermo in
 „ sequenti articulo, debeant conferri
 „ intra sex menses, qui incipere debent
 „ a die mortis illius, per cujus obitum
 „ beneficium, prævio concursu, ac exa-
 „ mine tantummodo theologiæ moralis,
 „ aut sacrorum canonum faciendo a re-
 „ ligiosis hujusce conventus, aut ab
 „ iis, quos ipsi ad hunc effectum de-
 „ putabunt, privatim in ædibus prioris
 „ majoris, aut in loco, quem ipse de-
 „ signabit. Peracto examine, et appro-
 „ batis requisitis concurrentium, eligant
 „ ipsi, quem magis dignum reputa-
 „ bunt, attentis circumstantiis habilita-
 „ tis, et morum eorundem concur-
 „ rentium per vota secreta eodem mo-

do, quo hactenus observatum fuit, et in casu, quo electio ob votorum paritatem minime concludatur, dictus prior major, aut præsident capituli id enunciare debeat venerando castellano Empostæ, et si hic extiterit extra limites castellanæ, ejus locumtenenti ad hoc, ut dissolvat paritatem, et conferat vacans beneficium Frailias nuncupatum, cui sibi videbitur ex duobus, qui paritatem votorum reportaverint, et casu, quo non adsit hæc paritas, nec electio intra sex præscriptos menses, provisio vacantis beneficii devolvatur ad venerandum magnum castellanum, aut ejus locumtenentem in suo respective casu ad hoc, ut idem vacans beneficium conferat personæ idoneæ, prævio illius examine in theologia morali, aut sacris canonibus, et prævia illius approbatione faciendo ab iis, quos pro eodem examine peragendo deputabit. Verum peracta electione, qui fuerit electus agere debet suum annum probationis in conventu, et quatenus in undecimo mense non resultet aliquod impedimentum tam quoad vitam, et mores, quam quoad reliquas circumstantias, quas præscribunt constitutiones conventus, et statuta sacre religionis, immediate elapsis dictis undecim mensibus, prior, et religiosi debeant procedere ad illius probationem, in cujus sequelam significantur hæc venerando magno castellano, aut ejus locumtenenti in suo respective casu, supplicando, ut deputare dignetur in commissarios duos religiosos conventus ad effectum agendi probationes ejusdem electi, mediantibus correspondentibus literis, et quatenus non resultet aliquod impedimentum, electus ad eum accedat, et conferatur eidem ab illo habitus.

2. Quod duo ex dictis beneficiis Frailias nuncupatis regularibus conventus assignentur perpetuo, et titulum habeant unum pœnitentiarium, alterum vero magistrale; et hæc quidem beneficia, et quodlibet ex iis conferri debeant intra alios sex menses incipiendo a die, in quo contingat vacatio per concursum eo modo, et forma, quæ observatur in cathedralibus, et collegiatis ecclesiis hujus regni Aragoniæ, debeantque oppositores habere qualitatem, et gradum doctoratus in aliqua universitate approbata, et reliqua requisita, quæ in iisdem ecclesiis observantur; Hæc omnia exprimantur in edictis,

quæ affigentur. Probatas autem habilitate, et requisitis prior major, et religiosi procedant ad electionem canonicam favore illius, quem magis dignum judicabunt, idque exequi debeant intra præcisum terminum sex dierum immediate post compertam habilitationem dictorum requisitorum per vota secreta juxta formam hactenus servatam in vacationibus dictorum beneficiorum Frailias nuncupatorum regularium, et servatis iis, quæ præscribuntur in præcedenti articulo super devolutione ad venerandum magnum castellanum in casibus paritatis, sive non factæ electionis intra supradictos sex menses, ita ut hoc termino elapso absque eo, quod unum, aut alterum verificetur, si absint oppositores, qui habeant requisita, quæ præscribunt dicta, debeat tunc venerandus magnus castellanus ex illis eligere magis aptum, et idoneum, pro exercitio magistralis, aut pœnitentiarii beneficii, ad quæ se se opposuerint. In quocumque alio casu, in quo fiat locus devolutioni ad venerandum magnum castellanum, debeat ipse peragere electionem juxta methodum, quam servare deberent prior major, et religiosi, deputando personas sibi benevisas pro approbatione, et habilitatione requisitorum in concurrentibus. Facta tamen electione, qui fuerit electus debet etiam peragere suum annum probationis in conventu, seque subiicere approbationi, probationibus, et collationi habitus in omnibus juxta formam, quæ præscribitur in præcedenti articulo, quoad alia beneficia Frailias nuncupata. Sicut vero in executionem eorum, quæ interine demandavit eminentissimus dominus magnus magister sub die trigesima junii anni millesimi septingentesimi septuagesimi quinti, prior major, et religiosi in vacationibus sequentis per obitum fratris Bernardi Lorent, et fratris Antonii Rosales elegerunt in pœnitentiarium d. Hiacynthum Cortes, et in magistralem doctorem d. Antonium Royo, qui vacantia regularia beneficia obtinuerunt, et professionem emisissent; ideo successivis temporibus beneficia, quæ ipsi possident, debeant remanere, et remaneant perpetuo assignata in casibus suarum novarum vacationum, pro magistrali, et pœnitentiario, prout nuncupatur quodlibet ex illis, scilicet illud, quod obtinet frater Hiacynthus Cortes pro pœnitentiario, et illud, quod obtinet do-

» etor frater Antonias Royo pro magistra-
 » li. Tenebuntur electi, et approbati in
 » iisdem beneficiis assistere in confes-
 » sionario diebus festivis per horam an-
 » tequam pulsentur campanæ pro ha-
 » beado choro, donec incipiat hora ca-
 » nonica prima, et diebus non festivis
 » per mediam horam ante; prout etiam
 » explicare doctrinam christianam, quo-
 » ties id disponat prior major, ac in
 » totum subjecti, et obligati ad adsi-
 » stendum choro, funeribus, processio-
 » nibus, et reliquis muneribus, et one-
 » ribus, quæ habent, et exercent re-
 » liqui religiosi. Hoc non obstante, sem-
 » per, et quodcumque prior major
 » conveniens existimaret demandare su-
 » pradictis pœnitentiario, et magistrali,
 » aut cuicumque ex illis, ut assistant
 » in confessionario extra horas designa-
 » tas, debebunt ii id exequi, et eidem
 » priori majori obedire; casu vero, quo
 » iidem magistralis, et pœnitentiarius
 » concionari debeant aliquem sermonem
 » in hac villa, remanet in arbitrio prio-
 » ris, aut præsentis conventus illos
 » dispensare a residentia pro iis diebus,
 » quos necessarios ad supradictum ef-
 » fectum existimabunt; et hoc ipsum
 » intelligatur quoad conciunculas, seu
 » sermones, qui pro conventu fieri de-
 » beant occasione rogatarum precum,
 » beatificationum, et canonizationum
 » sanctorum, quæ fieri contingat, in-
 » cumbendo, prout incumbit curæ, et
 » muneri eorundem pœnitentiarij, et
 » magistralis explere in supradictis ca-
 » sibus conciunculas, seu sermones de
 » mandato prioris majoris.

» 3. Quod qui fuerit electus ad
 » regularia beneficia Frailias nuncupa-
 » ta dicti conventus, tam ad ea, quæ
 » habent officium prætere non va-
 » leat, nec pro anno suæ probationis,
 » nec pro mensibus, aut tempore, quod
 » subsequetur usque ad primam diem
 » maij immediati posterioris ad suam
 » professionem alios, nec majores red-
 » ditus conventus, quam eos, qui no-
 » vitiis subministrari hactenus consueve-
 » runt, eosque redactos quolibet anno
 » ad quatuor measuras vulgo *Arrobas*
 » olei pro habenda luce in suis cubicu-
 » lis: ad quatuor measuras vulgo *Ca-*
 » » *hizes* tritici: ad quinquaginta duas
 » measuras vulgo *Cantaros* vini: et ad
 » duos solidos monetæ Jaquensis quoli-
 » bet die pro ejus edulio herbis, et fructi-
 » bus, quæ dantur reliquis aliis religiosi-
 » suis respective temporibus, et id, quod
 » ad eos expectabit pro rata redditum
 » conventus pro iis mensibus, aut tempo-

Bull. Rom. Tom. VI.

» re, quæ intercedent usque a die eo-
 » rum professionis ad diem primam
 » maij immediate subsequentis.

» 4.º Quod in casu vacationis
 » prioris majoris, aut sacristæ maio-
 » ris, utriusque electio fieri debeat,
 » prout præscribitur in secunda, et ter-
 » tia ex fundamentalibus constitutio-
 » nibus intra præcisum terminum sex
 » mensium, qui computabuntur a die
 » obitus ultimi possessoris, et quatenus
 » intra hunc terminum major pars vo-
 » calium convenire non valeat in ali-
 » quem ex religiosis ejusdem conven-
 » tus, aut adsit paritas suffragiorum,
 » debeat id duci ad notitiam venerandi
 » magni castellani, aut ejus locumte-
 » nentis, in suo respective casu, ad
 » hoc ut utendo suis facultatibus eli-
 » gat religiosum dicti conventus, prout,
 » et juxta formam, quæ in suis res-
 » pective casibus præscripta reperitur
 » quoad provisionum regularium della
 » Frailias dicti conventus.

» 5.º Quod omnes redditus con-
 » ventus dividi, et repartiri debeant in-
 » ter priorem majorem, et religiosos
 » eo modo, quo servatum fuit, et ser-
 » vatur usque ad præsens a tempore
 » stabilimenti anni millesimi sexcen-
 » tesimi nonagesimi secundi confirma-
 » ti ab eminentissimo, et serenissimo
 » domino magno magistro, ejusque
 » sacro concilio, separando ante omnia
 » quolibet anno centum libras Jaquen-
 » ses pro conventu, ejusque fabrica,
 » et conservatione suorum jurium, pro
 » quo effectum sunt pariter assignata spo-
 » lia, mortuaria, et vacantia religio-
 » sorum cum declaratione, quod pro
 » mortuario intelligitur a die, quo de-
 » cedet religiosus usque ad diem pri-
 » mam sequentis maij, et pro vacan-
 » te intelligitur ab hac die usque ad
 » ultimam diem aprilis subsequentis an-
 » ni, et conformiter ad ea, quæ super
 » hoc puncto præscribuntur a statutis
 » generalibus sacræ religionis.

» 6.º Quod sicut in constitutioni-
 » bus conventus non est aliquid expres-
 » se præscriptum super recursibus, quos
 » hebere debent religiosi ad suos super-
 » riores ordinis de agendi modo prio-
 » ris majoris sui localis prælati, et
 » sguardio, aut solius prioris quoad
 » particulares individuos, et est valde
 » conforme spiritui canonicarum san-
 » ctionum, et statutorum generalium
 » sacræ religionis, quod super hoc fiat
 » expressum stabilimentum, ad effe-
 » ctum obviandi cuicumque generi dif-
 » ferentiarum, quæ contingere possunt:

„ idcirco convenitur , quod religiosus ,
 „ qui gravatum se sentiat ab aliquo
 „ actu dicti prioris majoris , et sguar-
 „ dii , aut solius prioris , habet recur-
 „ sus appellationis ad superiorem me-
 „ diatum , qui est venerandus castella-
 „ nus Empostæ , et ab eo , seu ab iis ,
 „ quæ iste pronuntiabit ad correspon-
 „ dens tribunal sacræ religionis , et ap-
 „ pellationes , quæ a dictis religiosis in-
 „ terponentur in suis sespective casibus
 „ debeant expleri juxta supra expres-
 „ sum ordinem ad normam dispositio-
 „ num juris.

„ 7.º Quod in reliquis omnibus ,
 „ quæ non apponuntur iis , quæ su-
 „ pra præscripta , et concordata fue-
 „ runt , servari debeant disposita in
 „ constitutionibus , et bullis magistrali-
 „ bus , quibus gubernatus fuit , et re-
 „ gitur præsens conventus , prout etiam
 „ ea , quæ demandata fuerunt in de-
 „ creto generali sanctæ visitationis , de
 „ quo ab initio habita fuit mentio ,
 „ quodque ad literam est tenoris se-
 „ quentis.

„ Nos frater d. Joseph Cuber hu-
 „ milis religiosus professus inclytæ , et
 „ sacræ religionis sancti Joannis Hiero-
 „ solymitani , commendatarius de Ca-
 „ labera , et Valonga , et doctor d. Fran-
 „ ciscus Xaverius de Falces cauonicus
 „ sanctæ cathedralis ecclesiæ civitatis
 „ Barbastrensis , ac illius , ejusque to-
 „ tius sui episcopatus gubernator , et
 „ vicarius generalis in spiritualibus , et
 „ temporalibus visitatores deputati ab
 „ illino domino magno castellano Em-
 „ postæ fratre d. Michaelē Doz pro vi-
 „ sitatione conventus sancti Joannis præ-
 „ sentis villæ de Caspe , mediantibus
 „ ejus patentibus literis datis in con-
 „ ventu Vallettæ insulæ Melevitanæ sub
 „ die vigesima septima augusti an-
 „ ni millesimi septingentesimi septua-
 „ gesimi. Vobis priori , fratribus , re-
 „ ligiosis , et personis hujus domus ,
 „ et conventus , et cuilibet , ac cui-
 „ cumque vestrum salutem in Domino
 „ Nostro Jesu Christo , qui est vera sa-
 „ lus. Notum vobis est , quod in adim-
 „ plementum sanctæ visitationis nobis
 „ commissæ in exoneratione nostrarum
 „ conscientiarum ad hoc ut Deus di-
 „ guetur pro spirituali , et temporali
 „ bono hujus communitatis , et domus ,
 „ et cujuscumque ex ejus individuis , ut
 „ conserventur , et impleantur ejus con-
 „ stitutiones , laudabiles consuetudines ,
 „ et usus , reformentur mali mores ,
 „ et ædificentur fideles tam regulares ,
 „ quam sæculares hujus conventus , et

„ villæ de Caspe. Cum visitaverimus
 „ ecclesiam parochialem , sanctissimum
 „ Sacramentum , vasa sacra , reliquias ,
 „ altaria , fontem baptismalem , olea
 „ sancta , imagines , sacrarium , et or-
 „ namenta , prout etiam conventum ,
 „ ejus officinas communes , habitatio-
 „ nes , archivium , fundos , et tempo-
 „ ralia bona , et quemlibet ex indivi-
 „ duis particulariter , (et alia , que
 „ visitare conveniens duximus) præ-
 „ via necessaria cognitione , et informa-
 „ tione nobis visum fuit ad normam
 „ vestrarum constitutionum , et actualis
 „ status hujus conventus , et domus ,
 „ aliqua providere , et diversa decerne-
 „ re mandata , ad hoc ut vos prior ,
 „ religiosi , et individui ejusdem con-
 „ ventus virtute sanctæ obedientiæ il-
 „ la observetis , et impleatis , et obser-
 „ vare , ac implere faciatis infrascripta ,
 „ et ea , quæ sequuntur.

„ 1.º In primis cum summope-
 „ re conveniat mundities , et nitor sa-
 „ crorum vasorum , et vestium , ac al-
 „ tarium , cum invenerimus aliqua ex
 „ iis pulverulenta , mantilia sordida , ca-
 „ rentia iis , quæ requirunt , et præscri-
 „ bunt rubricæ , et absque crucifixis ,
 „ prout stare debent , cum id curare de-
 „ beat sacrista major , prout præscribitur
 „ in tertia constitutione , cujus sum zela-
 „ tores prior major , et capitulum , ad
 „ evitandum hoc inconveniens , man-
 „ damus ad formam citatæ constitu-
 „ tionis , ut specialis habeatur cura in
 „ emendandis prærelatis defectibus , in-
 „ stando , et curando , ut administra-
 „ tores primitiæ contribuant illam do-
 „ tationem , quam regium consilium
 „ assignavit pro ecclesia , eaque me-
 „ diante renoventur ea , quæ consunt
 „ usus , et omnino emanant quatuor
 „ mantilia ex quo ea , quæ existunt ,
 „ sunt valde deteriorata , et subnigra ,
 „ duo calices , vela alba , et nigra ,
 „ fascia superpellicea pro sacrista , et
 „ clericis , et specialiter pro cappella
 „ parochiæ , in qua sunt indecentia ea ,
 „ quæ existunt pro administratione sa-
 „ cramentorum , eamque providere de
 „ omnibus necessariis , ad hoc , ut non
 „ debeat exquirere paramenta a sacri-
 „ sta majore ; et sicut intelleximus ,
 „ quod dotatio , quam regium consi-
 „ lium assignavit pro ornamentis dictæ
 „ ecclesiæ ascendit ad centum quinquaginta
 „ libras Jaquenses , idcirco
 „ committimus , et mandamus vobis
 „ priori majori , ut insistatis , et pro-
 „ curetis omnibus possibilibus mediis
 „ recuperationem summæ , quam di-

» cta dotatio debeat ecclesie, eamque
 » adhibeatis in finibus, usibus, et re-
 » bus pro illa necessariis, et quatenus
 » dicta dotatio non sufficiat pro illius
 » manutentione, id exponatis, et repræ-
 » sentetis dicto regio consilio juxta for-
 » mam, quam præscribunt regie re-
 » solutiones, et mandata ad hunc ef-
 » fectum expedita, et debeatis perage-
 » re, et reddere rationem formalem
 » dictæ quantitatis, juxta tenorem ea-
 » rumdem resolutionum. Sicut vero com-
 » perimus, quod minime observatis iis,
 » quæ præscribuntur in tertio capitulo
 » consignavistis sacrarium, jocalia, et
 » ornamenta sacristæ majori absque
 » formali eorum inventario, mandamus
 » idcirco, quod in præciso termino quin-
 » decim dierum incipiendo a publica-
 » tione præsentium decretorum perage-
 » re debeatis dictum inventarium de-
 » notando in eo successive augmentum
 » jocalium, et melioramentorum, quæ
 » peragere debetis in dicto sacrario,
 » adhibendo in omnibus iis, majorem
 » curam, prout præscribitur in dicta
 » constitutione; similiter ex quo ad-
 » vertimus, lavacrum, quod in dicto
 » sacrario existit, est indecens, et re-
 » periri prorsus inutile, mandamus, ut
 » aliud de novo construatur.

» 2.º Item mandamus, et com-
 » mittimus omnibus, et singulis ve-
 » strum, ut assistere, et interesse pun-
 » ctualiter debeatis horis canonicis diur-
 » nis, atque nocturnis, prout præscri-
 » bitur in trigesima secunda, et trige-
 » sima tertia constitutione, quodque ce-
 » lebrentur divina officia ea devotione,
 » pausa, et majestate, quæ correspon-
 » det, et debetur. Quod servetur si-
 » lentium in choro, quodque ab eo
 » nemo egrediatur ad effectum agendi
 » circulos, et colloquia in extra choro,
 » et cappellis, super quibus invigila-
 » bit, et specialem curam adhibebit
 » prior, aut ejus locumtenens vetan-
 » do, aut impediendo ne vigeat hujus-
 » modi abusus nec ante, nec post di-
 » vina officia cum admiratione, et scan-
 » dalo sæcularium: quod in celebra-
 » tione horarum canonicarum sese con-
 » forment juxta ritus, et in casibus
 » in quibus aliqua occurrat novitas pro
 » iis mutandis, fiat discrete, eoque
 » modo, ut non inducat motivum quæ-
 » relarum clero regulari, et sæculari,
 » advertendo, quod matutinum dicitur
 » quolibet tempore post vespertas, et
 » completas; comque apostolicum in-
 » ductum, quod habent ad effectum ho-
 » ras matutinas recitandi de sero, præ-

Bull. Rom. Tom. VI.

» scribit, quod id fiat in solis occasu,
 » mandamus, ut observetur, et im-
 » pleatur recitatio ea hora in dicto in-
 » dulto expressa, quoniam pro eorum
 » arbitrio nec potuerunt, nec possunt
 » illud alterare absque quod suffrage-
 » tur contrarius usus, cum hic sit mera
 » corruptela contra rubricam, et con-
 » tra dispensationem ejusdem iudicii.

» 3.º Item mandamus, et præ-
 » cipimus, ut tam missæ relictæ a do-
 » mino fundatore, quam reliquæ aliæ
 » relictæ ab aliis particularibus in di-
 » cta ecclesia adimpleantur, et cele-
 » brentur punctualiter; comperto au-
 » tem, quod anniversaria charitatis
 » quinquaginta solidorum ad rationem
 » quinque pro quolibet centenario, quæ
 » reducta jam antiquitus fuerunt a mul-
 » tis fundatoribus, et sunt descripta
 » in libro sub initio cujuslibet men-
 » sis, non obstante, quod pro illis
 » aliqui redditus percipiuntur, man-
 » damus, et præcipimus, ut recogno-
 » scatur id, quod pro illis percipitur,
 » et juxta ejus proportionem celebren-
 » tur anniversaria correspondentia in
 » exonerationem suarum conscientia-
 » rum, et in suffragium animarum fun-
 » datorum.

» 4.º Item sicut prior curatus te-
 » netur assistere choro sicut ceteri re-
 » ligiosi, iis horis quibus non impe-
 » ditur ab occupationibus sui parochia-
 » lis muneri, cum informati simus
 » quod in hoc, et in assistentia in con-
 » fessionario committit aliquam transgres-
 » sionem, præcipue tempore quadrage-
 » simali, eidem demandamus, eum-
 » que exhortamur, ut exacte impleat
 » suam obligationem, quodque quan-
 » do fuerit in ejus officio occupatus, ut
 » choro assistere non valeat, debeat id
 » significare priori majori, cui particu-
 » lariter committimus, ut curet, et vi-
 » gilet super hoc gravi assumpto, prout
 » debet, et prout eidem mandatatur a
 » constitutionibus, præcipue a vigesima
 » octava ex illis d. Joannis Salvador.

» 5.º Item sicut de facto nobis
 » non constat, quod prior, et religio-
 » si detrectaverint obedire mandatis sui
 » prælati ordinarii illustrissimi domini
 » magni castellani Empostæ, sumus ta-
 » men conscius, quod propalaverint, et
 » protulerint aliquas propositiones pa-
 » rum attentas, et minime correspon-
 » dentes respectui, quem debent præla-
 » tis ordinariis, et superioribus; propte-
 » rea per viam correctionis ad eorum
 » memoriam revocamus solemne vo-
 » tum obedientiæ, quod in suis pro-

„ fessionibus emiserunt magno magi-
 „ stro, et prælatis, quos sacra religio
 „ eis deputaret, intelligendo in hoc,
 „ quod dictus illustrissimus dominus
 „ magnus castellanus est prælatus su-
 „ perior conventus a sacra religione de-
 „ putatus, pro omnibus individuis exi-
 „ stentibus in eo, ejusque castellaniam
 „ Empostæ; præterquamquod in pri-
 „ ma, et decima quinta ex constitutio-
 „ nibus præscribitur subordinatio, quam
 „ prior major habere debet erga di-
 „ ctum dominum magnum castellanum,
 „ et præscribuntur recursus, quos reli-
 „ giosi necesse haberent peragere pro
 „ ejus sinistra agendi methodo: In se-
 „ ptima ex constitutionibus præscribi-
 „ tur, quod religiosi, qui admissi fue-
 „ rint, et electi, debeant præsentari
 „ eidem domino magno castellano ad
 „ hoc, ut eos approbet, et mandet im-
 „ mitti in possessionem, et admitti ad
 „ professionem; ex hoc intelligi debet,
 „ quod si prior major caput, et supe-
 „ rior religiosorum suorum subditorum
 „ subjectus est illustrissimo domino ma-
 „ gno castellano, nequibant isti tam-
 „ quam membra se se eximere ab ea
 „ subjectione, quam habet caput, quod
 „ eos regit; ex quibus omnibus ma-
 „ gis lævis expressio contra hanc su-
 „ bordinationem, quæ verificetur post
 „ admonitionem, et correctionem, quam
 „ vobis peragimus, punietur in vobis,
 „ tamquam inobedientibus, et incor-
 „ regibilibus, committendo, et deman-
 „ dando eodem tempore, ut observe-
 „ tis, et adimpleatis justa, et domi-
 „ nantia præcepta regis domini nostri
 „ patefaciendo in omnibus tamquam fi-
 „ deles subditi magis cæcæm obedien-
 „ tiam, respectum, et subordinationem,
 „ absque eo, quod deficiatis iis, quæ
 „ exigit vestrum religiosum institutum.

6.º Item vos admonemus, com-
 „ mittimus, et hortamur, ut quo magis
 „ fieri potest exacte observetis primam
 „ constitutionem, in qua prudenter, et sa-
 „ pienter constabatur subjectio, et sub-
 „ ordinatio, quam habere debetis erga
 „ vestrum priorem majorem prælatum
 „ localem, et ordinarium, quodque me-
 „ diaute voto obedientiæ, quod emi-
 „ sistis in vestris professionibus, et vir-
 „ tute juramenti, quod præstitistis vigo-
 „ re trigesimæ constitutionis, quicumque
 „ vestrum, qui se subtrahet ab hac obe-
 „ dientia, et implemento, se constituit
 „ reum dignum severa punitione; ac
 „ proinde mandamus vobis priori ma-
 „ jori, ut valde præcise invigiletis su-
 „ per observantia obedientiæ in vestris

„ subditis, ita ut constituatur melior
 „ religiosus ordo in hac domo, et con-
 „ ventu, quoniam rationem reddere de-
 „ bebitis Deo vestrarum indulgentiarum,
 „ et omissionum, quæ punientur in
 „ vobis, prout decet.

7.º Item cum nobis constiterit,
 „ quod aliqui religiosi conventus hujus-
 „ ce se se univerint, et congregaverint
 „ in forma capituli absque permissio-
 „ ne, licentia, et assistentia prioris ma-
 „ joris ad affectum conferendi quoddam
 „ vacans beneficium Frailias nuncupa-
 „ tam, quodque exharaverint mandata
 „ procuræ ad lites, et revocaverint ea,
 „ quæ in pleno capitulo data fuerant,
 „ et insuper aliqui ex dictis religiosis
 „ ausi fuerunt suas judiciales declara-
 „ tiones emittere coram iudice sæcu-
 „ lari absque licentia sui prælati, sub
 „ propalato supposito, quod minime fo-
 „ ret necessaria: habentes nos hæc fa-
 „ cta tamquam eversiva observantiæ,
 „ et disciplinæ regularis, et proceden-
 „ tia a spiritu seditionis, et irreligiosi-
 „ tatis, vobis mandamus, voshorta-
 „ mur, vosque admonemus, ut pera-
 „ gatis totalem eam emendationem, et
 „ correctionem, quæ correspondet de-
 „ decori, et scandalo, quod in hoc præ-
 „ buistis, et si in posterum contrarium
 „ verificabitur, et non proficietis hu-
 „ jus admonitionis, vester prior major
 „ vos castigabit, prout præscribunt con-
 „ stitutiones, et si hoc satis non fuerit,
 „ dabit de iis notitiam illustrissimo do-
 „ mino magno castellano.

8.º Item cum sit tam sapiens, et
 „ prudens constitutio vigesima nona,
 „ quæ præscribit, et mandat, quod ne-
 „ mo ex religiosis discedat conventu
 „ absque expressa licentia prioris ma-
 „ joris, mandamus illam observari, et
 „ quandocumque suscipere debeatis ali-
 „ quod itinere, debeatis vos sistere co-
 „ ram prælato, qui vobis licentiam con-
 „ cedat, prout etiam cum certiores red-
 „ dere debebitis, quoties ob aliquam
 „ infirmitatem, aut corporalem indispo-
 „ sitionem adsistere nequibitis choro,
 „ cæterisque functionibus communita-
 „ tis ad hoc, ut sibi constet, et curam
 „ habeat vestræ assistentiæ; neque mi-
 „ nus admittetis aliquem famulum, aut
 „ commensalem, nisi prius id signifi-
 „ cetis vestro priori majori ad hoc, ut
 „ certior evadat de eorum qualitatibus,
 „ et moribus, et videat utrum conveniat
 „ eos admittere.

9.º Item cum sit tam utile, et
 „ conveniens, ut ob oculos habeatis ve-
 „ strum institutum, et constitutiones

„ juxta ea, quæ præscribuntur in vi-
 „ gesima quinta ex illis; idcirco man-
 „ damus priori majori, ut convocet,
 „ et congreget capitulum diebus Vene-
 „ ris cujuscumque hebdomadæ, et per
 „ sacristam majorem legantur, prout
 „ præscribitur in duodecima constitu-
 „ tione, ita ut intra spatium unius men-
 „ sis saltem perfectæ fuerint, atque ex-
 „ pleta, ac præcisa obligatione agatis
 „ de negociis spiritualibus, et tempo-
 „ ralibus conventus, ejusque individuo-
 „ rum, et ea omnia, quæ resolveretis,
 „ et deliberabitis punctualiter adnotentur
 „ in libro resolutionum; quodque obser-
 „ vetur id, quod semel a majori parte
 „ fuerit resolutum, dummodo non ha-
 „ beat ii, qui resolutionem ediderunt,
 „ justam causam derogandi, aut pro-
 „ cedat causæ cognitio intra annum.

10.º Item juxta constitutionem de-
 „ cimam quartam mandamus priori ma-
 „ jori, ut continuare faciat officium ja-
 „ nitoris conventus, prout actualiter exi-
 „ stit, cum obligatione aperiendi; et
 „ claudendi illius januas, prout præ-
 „ scribitur in trigesima nona constitu-
 „ tione, demandando, quod singulis no-
 „ ctibus deferantur claves sub illius cu-
 „ stodia, et absque urgente necessitate
 „ non permittat aperiri januas, et sit
 „ exactissimus in adimplemento hujus-
 „ ce constitutionis; et sicut ædes prio-
 „ rales existunt extra januam interioris
 „ conventus nisi clauderetur prima, et
 „ principalis janua, aut si aperiretur
 „ pro priore, daretur motivum quære-
 „ larum religiosi, et prior suo exem-
 „ plo licet primus alios non edoceret,
 „ declaramus esse æque in dicta consti-
 „ tutione comprehensos.

11.º Item sicut corpus commu-
 „ nitatis solvit, et alit coquum, eique
 „ ministrat utensilia pro priore, et
 „ religiosi, cum compertum nobis sit,
 „ quod aliquibus communiter, et quo-
 „ tidie parantur epulæ extra conven-
 „ tum, cum abusus hic adversetur rati-
 „ onis, vitæ religiosæ, et utilitati con-
 „ ventus, ejusque individuum, idcirco
 „ mandamus, ut ab hodie in posterum
 „ omnes, et singuli vestrum, ut pa-
 „ rentur vobis ordinariæ epulæ a coquo
 „ deputato a communitate quoniam ita
 „ bonum dabitur exemplum sæculari-
 „ bus, et evitabitur, ut famuli exeant
 „ extra debitas horas a conventu in præ-
 „ judicium disciplinæ religiosæ, et evi-
 „ tentur itidem alia inconvenientia, quæ
 „ ex hoc produci possunt.

12.º Item hortamur, et manda-
 „ mus vobis priori majori, ut invigiletis

„ super observantia constitutionis trige-
 „ simæ quintæ, qua præscribitur, ne
 „ mulieres conventum ingrediantur, ha-
 „ bendo ante oculos ad hunc effectum
 „ ampliatiorem, quam dictæ constitu-
 „ tioni dedit dominus d. Joannes Sal-
 „ vador in decima nona ex suis consti-
 „ tutionibus, quodque in hac parte vos
 „ geratis ea moderatione, et prudentia,
 „ quam requirit absuntum.

15.º Item quoad honestam recre-
 „ ationem, fraternum tractum, et mu-
 „ tuam religiosorum visitationem inter
 „ ipsos, dummodo ex hoc non sequa-
 „ tur detrimentum et præjudicium
 „ disciplinæ regulari, committimus vo-
 „ bis priori majori, ne tam rigide, aut
 „ ad extremum rigore vos geratis, et
 „ in hac parte agatis absque spiritu par-
 „ ticularis affectus, et quatenus absit
 „ justa causa, quæ supra, prohibendi,
 „ debeat vos primo loco id observa-
 „ re, quoniam bonus præfatus debet
 „ primo loco executioni demandare ope-
 „ ribus, et bono exemplo id, quod sua
 „ voce demandat suis subditis.

14.º Item hortamur, et man-
 „ damus vobis priori majori, ut tracte-
 „ tis tamquam fratrem in ecclesia cle-
 „ rum sæcularem admissum ad distri-
 „ butiones, fundationes, et residentiam
 „ in ecclesia parochiali cum inserviat ad
 „ effectum præstandi vobis auxilium in
 „ augmentum divini cultus, et ad co-
 „ adjuvandum in munere spirituali in
 „ dicta ecclesia. In hoc obtemperabitis
 „ constitutionibus, et concordis, ad-
 „ monendo, et corrigendo illius defe-
 „ ctus tamquam præses bonis modis,
 „ et mansuetudine, et magis pro co-
 „ emendando, quam pro exasperando.

15.º Item admonemus, et exhor-
 „ tamur vos priorem majorem, et reli-
 „ giosos, ut rigide observetis vestras con-
 „ stitutiones, et præcipue trigesimam
 „ quintam in ea parte, quæ prohibet,
 „ ne remaneant in conventu personæ ex-
 „ tranæ, ut in eo dormiant, et come-
 „ dant. Gravitatis hujus constitutionis est
 „ valde commendabilis, et idcirco im-
 „ plebitur, et executioni demandabitur,
 „ prout in ea præscribitur, sed cum
 „ qualitate, et absque spiritu particu-
 „ laritatis, prout requirit decantia, ho-
 „ nestas, utilitas conventus, et quilibet
 „ ex ejus individuis ad hunc finem ha-
 „ bere debet ante oculos id, quod
 „ ad hunc effectum præscribit consti-
 „ tutio decima octava d. Joannis Sal-
 „ vador.

16.º Item mandamus vobis prio-
 „ ri majori, ut in casibus, in quibus

» a constitutionibus præscribitur, ut agatis cum consensu capituli, ita exequamini absque eo, quod vobis arrogetis alias, nec plures facultates, quam illas, quas eadem constitutiones demandant, et concedunt, tam in regimine dicti conventus, ejusque individuorum, quam in illius temporalibus.

» 17.^o Item cum invenerimus, quod archivium non habet librum introitus, et exitus, mandamus, ut in continenti efformetis librum, in quo distincte adnotentur, et describantur partitæ introitus, et exitus capitalium, quæ offerentur explicando motivum suæ perceptionis, et inversionis, quodque tres claves, quas præscribit constitutio decima nona sint sub cura eorum, quibus ipsa mandat, quique debebunt subscribere, aut saltem rubricare omnes partitas, quæ in dicto libro adnotabuntur, et prior, aut persona, ad quam liber deferetur, peragere debebunt formale computum onerum pro rata, ex quo fundum dicti archivii solum est deputatum pro repartitione fundorum, et conventus, et prosecutione litium pro suis iuribus conservandis. Quoad lites mandamus, ut non aliæ introduci possint, quam eæ, quæ sint justæ, et necessariæ, et eas, quas totum capitulum, aut major ejus pars fieri statuet, absque eo, quod aliquo modo prior major, aut alius religiosus possit sibi arrogare facultatem juxta præscripta in vigesima quinta constitutione, prævio tractatu capituli, ejusque formali deliberatione.

» 18.^o Item habens notitiam, quod defunctus frater Antonius Poblador prior antecessor hujus conventus reliquit quantitatem mille librarum Jaquentium ad effectum distribuendi in clero sæculari hujus ecclesiæ, et licet applicata fuerit dicta pecuniarum quantitas, et regulata fuerit conveniens scriptura, hæc tamen reperitur absque correspondenti dimissione, et acceptance ejusdem cleri, ex quo videntur ei gravia onera, et obligationes, quæ assignatæ fuerunt, cumque hæc dilatio sit contra mentem fundatoris, et forsitan possit esse motivum discordiarum, et dissensionum inter unum, et alterum clerum: mandamus vobis, ut majori efficacia agatis, et conveniatis cum clero sæculari super prompta compositione, et constitutione dictæ fundationis, et quatenus comperietis resistantiam cleri sæcula-

» ris esse irregularem, id significabitis, et exponetis ejus superiori illustrissimo domino archiepiscopo Cesaraugustano ita, ut intra terminum duorum mensium, quos ad hunc effectum vobis assignamus, verificetur dictam quantitatem assignatam fuisse eo modo, qui sit magis conformis voluntati dicti fundatoris.

» 19.^o Item hortamur, requirimus, et mandamus vobis priori majori, et religiosis hujus domus, et conventus, ut observetis, et impletis constitutiones, de quibus servandis juramentum emisistis, et non solum eas, quas in hoc decreto observari decernimus, et mandamus, verum etiam omnes eas, quæ vos constituerunt religiosos hujus conventus, et in vestris professionibus observare jurastis, et super quibus a legitima potestate non fuerit dispensatum, quoniam contra illas non suffragatur vobis contrarius usus, qui melius appellatur corruptela, abusus, perturbatio, et confusio legum fundamentalium disciplinæ regularis, et monasticæ, neque in ea parte, in qua loquuntur de subordinatione, et subjectione, quia si aliquo tempore, annuente prælato, observatæ minime fuerunt, id nunquam præscribere potuit libertatem, aut independentiam, quinimo fuit id in notoriam contraventionem, et inobservantiam, et in iis, quæ fuerunt in arbitrio prælati juxta temporum circumstantias permittere ipse potuerit aliquibus, quod aliis denegaverit. Perfectum, et solemne votum obedientiæ, quod in vestris professionibus emisistis, includit hæc omnia, quod si examinabit, et considerabit cum christiana, et religiosa reflexione invenietis unusquisque vestrum bonum, quod vobis omnibus desideramus, et dum vos hortamur, requirimus, et mandamus, ut servetis votum obedientiæ; vobis etiam intimamus ea paupertatis, et castitatis, quoniam exacta observantia trium horum votorum constituit veros religiosos, ideoque Deus concessit vobis felicitatem, ut sitis religiosi tam illustri, et antiquæ religionis, quæ cum regatur legibus tam sapientibus, prudentibus, et suavis, debet profectu gratitudinis, et convenientiæ propriæ esse exactissima eorum observantia.

» 20.^o Item si præter supradicta contingat (quod non speramus) quod ob aliquem defectum religiosorum sit

„ necessaria correctio prioris majoris ,
 „ id exequatur suaviter , et fraterno
 „ amore , præviis omnibus mediis sua-
 „ vitatis pro emendatione ; verum si
 „ hæc non sufficiant ad eos corrigendos ,
 „ mandamus , quod pro iis puniendis
 „ efformetur swardium ad præscriptum
 „ constitutionum octavæ , vigesimæ
 „ quartæ , et trigesimæ . Tandem
 „ mandamus , quod præsens nostrum
 „ decretum intimetur , et notificetur
 „ pro ejus observantia et executione
 „ in pleno capitulo , consignando
 „ copiam authenticam illius subscriptam ,
 „ sigillo munitam , et registratam , ac
 „ referendam ab infrascripto nostro
 „ secretario ad hoc , ut una saltem
 „ vice quolibet mense legatur in actis
 „ capitularibus . Pro eo , quod respicit
 „ decentiam debitam ecclesiæ , ex quo
 „ comperimus , quod in præcedenti
 „ visitatione demandatum fuit , ut
 „ clauderentur januæ , ex quibus e
 „ conventu dantur aditus ad ecclesiam
 „ ob excessus , quos ibi committunt
 „ sæculares , quodque decretum hoc
 „ licet per aliquod tempus fuerit
 „ observatum , actualiter tamen
 „ negligitur , ex quo subsistunt
 „ eadem inconvenientia , et etiam
 „ majora , mandamus priori majori ,
 „ ut indilate provideat , quod dictus
 „ aditus clausus retineatur , quoniam
 „ debet reddere rationem cujuscumque
 „ omissionis ; pro usu vero religiosorum
 „ ponatur clavis , cujus unusquisque
 „ e religiosis habeat usum cum omnium
 „ intersit , ut evitentur excessus , qui
 „ committuntur , debeantque omnes
 „ contribuere ad eos præcavendos ; sicut
 „ vero ea omnia quæ in hoc decreto
 „ præscribimus , et mandamus , sunt
 „ moderata , et conformia constitutionibus
 „ hujus domus , et conventus ,
 „ debeant idcirco exacte observari ,
 „ et executioni demandari absque eo ,
 „ quod super omnibus , aut singulis
 „ ex punctis quæ comprehendunt valeat
 „ supplicatio , recursus , aut appellatio
 „ ad hoc , ut omittatur eorum obedientia ,
 „ et executio ab hac intimatione in
 „ posterum ; quoniam quælibet instantia
 „ suffragari non poterit ad effectum
 „ suspensivum , sed solum in devolutivo ;
 „ et quia ex secretis informationibus ,
 „ quas accepimus , et ex iis , quæ voce
 „ particulariter audivimus , vidimus ,
 „ et intelleximus fieri potest , ut aliæ
 „ graves , et seriæ dari debeant
 „ provisiones , pro quarum determinatione
 „ necessariæ sunt majores præmeditationes ,
 „ et majus tempus requiritur , nos
 „ vero necessario reverti debeamus ad

„ civitatem Cæsaraugustanam , ad effectum
 „ agendi de hisce negotiis , aliisque
 „ æqualis gravitatis , prorogamus
 „ præsentem visitationem per spatium
 „ triginta dierum , aut ultra , si
 „ conueniens existimabimus . Datum in
 „ sancta visitatione conventus sancti
 „ Joannis da Caspe die vicesima
 „ secunda decembris anni millesimi
 „ septingentesimi septuagesimi .

Fr. d. Joseph Cuber.

Doctor d. Franciscus Xaverius de Falces.

De mandato dictorum illustrissimorum dominorum

Franciscus Antonius Campõs secretarius.

Sequuntur acta capituli.

8.º Quod secuta conventionione , et
 „ concordatione punctorum , quæ continent
 „ supradicti articuli sub præinserta
 „ forma , eaque effectum obtinente
 „ mediante approbatione eminentissimi
 „ domini magni magistri , ejusque sacri
 „ concilii , et confirmatione sanctæ
 „ Sedis , prærelatus prior major ,
 „ religiosi , et conventus recedere
 „ debeant , prout de facto haberi
 „ volunt pro derelicto prærelatum
 „ recursum vertentem in regio ,
 „ et supremo consilio Castellæ
 „ inter eosdem religiosos , et
 „ venerandum magnum castellanum
 „ super executione prærelati Brevis
 „ apostolici , debeatque pari modo ,
 „ tali casu supradictus venerandus
 „ castellanus haberi , ac si ab eodem
 „ incidenti recessisset , prout ex
 „ nunc pro tunc ejus nomine faciunt
 „ dicti domini commissarii .

9.º Nono , et ultimo , quod supradicta
 „ omnia pro majori eorum validitate ,
 „ et firmitate redigantur ad publicum
 „ instrumentum , cujus vigore postquam
 „ laudatum , et approbatum fuerit
 „ ab eminentissimo domino magno
 „ magistro , ejusque sacro consilio ,
 „ haberi valeat recursus ad summum
 „ pontificem pro impetrando Brevi
 „ apostolico in confirmationem eorum
 „ omnium , quæ in illo continentur ,
 „ et stipulantur , concedendo ad hunc
 „ effectum omnes facultates necessarias ,
 „ et opportunas . Quibus omnibus
 „ lectis , et significatis capitulo ,
 „ unanimes , et conformes dicti domini
 „ commissarii , prior major , religiosi ,
 „ capitulum , et conventus , nemine
 „ eorum dissentiente , ea laudarunt ,
 „ approbarunt , ratificarunt , et confirmarunt ,
 „ ac omnes se subscripserunt in hoc
 „ libro resolutionum

» communitatis die decima tertia aprili-
 » lis anno a nativitate Domini Nostri
 » Jesu Christi millesimo septingentesi-
 » mo octuagesimo = Commendatarius
 » frater d. Antonius Muñoz Pompilo-
 » nensis commissarius = commendata-
 » rius frater d. Franciscus Ramiro com-
 » missarius = frater Franciscus Samper
 » prior major = doctor frater d. Anto-
 » nius Navarro = frater Hioachim Mar-
 » tin: = doctor frater Petrus Arpal =
 » doctor frater Augustinus Centol = fra-
 » ter Hiacyntus Cortes = doctor fra-
 » ter d. Antonius Royo = frater Augu-
 » stinus Panter sacrista major secreta-
 » rius. =

Prosequitur Instrumentum.

» Cumque hoc modo actum,
 » compositum, conventum, et concor-
 » datum fuerit præsens instrumentum,
 » dictæ partes, et quælibet ex illis,
 » suis respective supraexpressis nomi-
 » nibus, cum expressis qualitatibus,
 » conformes illud stipulati fuerunt, et
 » pro impetrando Brevi apostolico, de
 » quo supra habita fuit mentio, con-
 » cesserunt, et concedunt suum man-
 » datum procuræ, et amplam facul-
 » tatem meliori forma, facere qua pote-
 » rant, et debebant, possunt, et de-
 » dent, ad effectum, ut eminentissi-
 » mus, et serenissimus dominus ma-
 » gnus magister, ejus sacrum consi-
 » lium, aut illustrissimus dominus ma-
 » gnus castellanus Empostæ, vel per-
 » sona, aut persona ab eo deputanda
 » in curia Romana, possint adhibere,
 » et adhibeant omnes diligentias ne-
 » cessarias, et opportunas pro impe-
 » trando a summo pontifice prærelato
 » Brevi apostolico; quoniam pro omni-
 » bus iis una cum adnexis, connexis,
 » et dependentibus concedebant, et con-
 » cesserunt omnes suas facultates tam
 » plenas, et sufficientes, quam quæ
 » requiruntur, et sunt necessariæ abs-
 » que ulla limitatione, aut restrictio-
 » ne, et dictæ partes, ac quælibet ex
 » illis promiserunt habere perpetuo pro
 » validis, et firmis iis omnibus, quæ
 » in hoc instrumento sunt expressa, et
 » concordata, et pro illorum observan-
 » tia, et executione reciproce, et res-
 » pective se se obligarunt, et promi-
 » serunt nullo tempore, nulloque mo-
 » do contra facere sub mutua, et re-
 » ciproca obligatione, quam ad hunc
 » effectum emisero, de quibus omni-
 » bus rogaverunt, et requisiverunt me
 » supradictum, et præsentem scribam,
 » et notarium publicum, ut ad confe-
 » ctionem, et stipulationem præsentis

» instrumenti devenirem, et vigore hu-
 » jus instantiæ, et requisitionis confeci,
 » et stipulatus sum in supradicta for-
 » ma. Acta fuerunt hæc omnia in su-
 » pradicto conventu sancti Joannis Hie-
 » rosolymitani villæ de Caspe regni Ara-
 » gonici prælata die decima sexta aprili-
 » lis anni a nativitate Domini Nostri
 » Jesu Christi millesimo septingentesi-
 » mo octuagesimo, præsentibus ad omnia
 » pro testibus doctore d. Sebastiano Pa-
 » lacio advoco regionum consiliorum
 » in collegio civitatis Cæsaraugustanæ
 » illius incola, et ad præsens existente
 » in hac supradicta villa de Caspe, et
 » d. Joachimo Comech officiali prima-
 » rio, seu alealde nuncupato justitiæ
 » ordinariæ ejusdem villæ. Hoc instru-
 » mentum est continuatum, et firma-
 » tum in sua originali nota juxta fo-
 » rum regni Aragoniæ. Si \times gaum mei
 » Francisci Antonii Campos scribæ pu-
 » blici regis domini nostri pro omni-
 » bus suis terris, et dominiis, et no-
 » tarii collegialis sancti Joannis evan-
 » gelistæ civitatis Cæsaraugustanæ illius
 » incolæ, qui supradictis omnibus in-
 » terfui.

COMPROBATIO

» Nos scribæ publici regij, et
 » notarij collegij sancti Joannis evan-
 » gelistæ civitatis Cæsaraugustanæ ca-
 » pitis regni Aragoniæ, qui in illa re-
 » sidemus, et nos subscribimus, at-
 » testamur Franciscum Antonium Cam-
 » pos, qui stipulatus fuit, signavit, et
 » firmavit præcedens instrumentum es-
 » se regium scribam, et notarium in-
 » dividuum nostri collegij, prout se
 » inscribit, fidelem legalem, et omni
 » fiducia dignum, ac instrumentis ab
 » ipso stipulatis, signatis, et expeditis
 » ea forma, qua præcedens instrumen-
 » tum apparet, semper habitam fuisse
 » fidem in judicio, et extra illud. In
 » civitate Cæsaraugustana die vicesima
 » tertia aprilis anni millesimi septin-
 » gesimi octuagesimi = In testimo-
 » nium veritatis = Josephus Antonius
 » Ibanes = In testimonium veritatis. =
 » Josephus Ortiz.

» Nicolaus Barta religiosus iucly-
 » tæ militaris, et sacræ religionis san-
 » cti Joannis Hierosolymitani, ejusque
 » secretarius castellanæ Empostæ in-
 » cola præsentis civitatis Cæsaraugu-
 » stanæ.

» Fidem facio, quod in veneran-
 » da assemblea celebrata sub die præ-
 » sentis datæ a dominis in margine

denotatis exhibitum fuit retroscriptum instrumentum a dominis commendatariis commissariis fratre d. Antonio Muñoz Pampilonensi, et fratre d. Francisco Xaverio Ramiro, eoque a me secretario perlecto, et a dictis dominis, et assemblea plene intellectis omnibus iis, quæ in eo continentur, cum pro parte prioris, religiosorum, et conventus sancti Jonannis de Caspe facta non fuerit aliqua instantia, nec recursus contra ea, quæ exprimentur, et continentur in dicto instrumento, omnes conformes dixerunt, quod illud laudabant, et approbabant, laudaverunt, et approbaverunt in ea parte, in qua poterant, et debebant, quodque ad hoc, ut haberet correspondentem cursum originaliter remitteretur ad civitatem Valentis in manibus venerandi castellani Empostæ fratris d. Vincentii de la Figuera, remaneente copia authentica illius in hoc archivio, et ad hoc, ut constet juxta de liberationem dictorum dominorum facio præsentem attestationem munitam sigillo hujus castellanis Empostæ. In civitate Cæsaraugustana die vicesima quarta aprilis anni millesimi septingentesimi octuagesimi = Nicolaus Bartas secretarius =

Et quia ita se habet veritas, ideo in hujus rei testimonium bulla bostra magistralis in cera nigra præsentibus est impressa. Datum Melitæ in conventu nostro die 13. mensis Julij 1781.

Registrata in cancellaria.

Bajulivus frater Ludovicus Dalmeida Portugali vice-cancellarius.

Loco signi

Et ita fideliter traduxi de Hispanico in Latinum idioma, et in fidem etc. Romæ hac die 8. Julij 1782.

Josephus Torre traductor a s. Rota approbatus.

Statutum apostolica confirmatione expostulata convalidatur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat idem exponens, quo firmiter constitutiones, et statuta hujusmodi subsistant, ac serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio roborari plurimum desideret; Nos ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, senten-

tiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus hujus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas constitutiones, ac statuta cum omnibus, et singulis in eis contentis apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Decernentes has præsentibus literas, ac in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quæcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non hospitalis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo septingentesimo, septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

Clausula subblata, et decretum irritans.

In contrarium facientibus derogatur.

Dat. die
6 septembris
1782
Anno VIII.

CCCXCIV.

Ad supplicationem regis Poloniæ unijuntur duæ ecclesiæ conventuales una cum suis bonis, ac redditibus mensæ episcopali Livoniensi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. **S**acrosancti apostolatus ministerium, quod ineffabilis divitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei altitudo humilitati Nostræ nullis licet suffragantibus meritis per abundantiam cœlestis misericordiæ credit, jugiter Nos admonet, ut inter multiplices, gravissimasque apostolicæ servitutis curas, quæ in hisce præsertim difficillimis temporibus Nos undique premunt, peculiarem sollicitudinem de iis Christifidelibus, qui despectis hujus sæculi illecebris, ad religionem veluti ad portum salutis confugerunt, amplectamur; quocirca si interdum contingat, ut nedum inter ipsos ex humanæ mortalitatis infirmitate, quæ post primi parentis lapsum semper ad inferiora nos deprimit, regularis disciplinæ innocentia sit imminuta, verum etiam humano pulvere religiosa corda adeo sordescant, ut irritò prorsus labore noxia evellere, ut utilia plantentur, conatum sit, cum omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, sit excidenda, ac rem ad radicem arboris ponere tenemur, ne quæ ad utilitatem, ac Christifidelium salutem in Ecclesia Dei sunt adinventæ, ipsis in lapidem offensionis, et petram scandali convertantur, prout, mature omnibus pensatis, salubriter in Domino expedire arbitramur.

Declaratur ordinem beatorum martyrum de poenitentia erectum fuisse sine legibus, et apostolica approbatione.

§. 2. Nuper siquidem accepimus in regnis Poloniæ, ac ducatu Lituaniæ quemdam ordinem beatorum martyrum de poenitentia nuncupatum, sine tamen certis legibus, ac statutis, sine novitiatu, ac sine studiis, sine superiori majori, et sine ulla apostolica approbatione a retro sæculis institutum existere, dum adhuc ordo iste in suis primordiis ob maximam in Deum, et in proximum charitatem, qua sui institutores præcipue flagrant, inter cæteros eminebat, reges Poloniæ, et episcopi, nedum bona concesserunt, verum etiam illius alumnorum vigilantæ aliquas curas animarum, seu præposituras in ducatu Lituaniæ commiserunt, ut inde uberes fructus in agro Dominico proferre possent.

§. 3. Ast postmodum defervescente in eis pietatis, ac regularis disciplinæ studio, ac a pristino sui instituti candore prorsus deficientibus tantum aberat, ut bonorum omnium operum exemplo oves suas pascerent, quinimo, ob scandala, aliasque aberrationes ab ipsis patratas sibi concredita sollicitudo potius in destructionem, quam in ædificationem tributa esse videbatur. Pluries episcopi inordinationes hujusmodi comperere adnisi sunt, horumque malorum progressui multifarie, sed irritò prorsus conatu, obstiterunt.

Quomodo sensim regularis disciplinæ studium defervescere coeperit, et scandala quoque obvernerint, exponitur.

§. 4. Cum itaque et episcoporum, et bonorum omnium quærelæ ad audientiam Nostram pervenerint, immo etiam cognoverimus ex iis, quæ novissime in ducatu Lituaniæ facta sunt, episcopum Livoniensem omnibus ferme mensæ episcopalis redditibus, ac proventibus depauperatum extitisse, ac sine episcopali seminario, aliisque necessariis subsidiis, quibus ovis suæ curæ commissis consulere valeat, esse; hinc Nos pro ea pastoralis sollicitudine, quæ Nos urget, ut providentiæ Nostræ intuitum ad ea quoque, quæ in disjunctis regionibus evenire contigit, convertamus, ac piis quoque votis hisce desuper Nobis a carissimo in Christo filio Nostro Stanyslao Augusto Poloniæ rege illustri porrectis annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, duas conventuales ecclesias, sive præposituras in provincia magni ducatus Lituaniæ in diocesi Vilenensi, quarum una in oppido Michaliszki in districtu Oszmianensi, altera in oppido Nidziniszki in districtu Nilhomiriensi sita est in possessione dictorum religiosorum beatorum martyrum de poenitentia nuncupatorum existentes de dicta possessione, usu, et proprietate, et quocumque jure eorundem religiosorum cum omnibus bonis mobilibus, ac immobilibus, redditibus, proventibus, prædiis, curiis, villis, et hominibus, aliisque quibuscumque existimando, et auferendo, easdem memoratas ecclesias Michaliscensem, et Nidziniscensem cum omnibus bonis mobilibus, et immobilibus, prædiis, curiis, villis, et singulis juribus, titulis, attinentiis, et pertinentiis quomodolibet ad hasce ecclesias, sive domos ex antiqua, vel recenti dotatione, et accessu spectantibus, aut respective eisdem religiosis competentibus, mensæ episcopali Livoniensi unimus, adnectimus, et incorporamus.

Supprimatur conventuales ecclesiæ ordinis, et eorum bona applicentur mensæ episcopali Livoniensi.

Leges imposi-
tæ episcopo Li-
voniensi in
correspondenti-
tatem obtentæ
concessionis.

§. 5. Ita tamen, ut episcopi Livo-
nienses pro tempore existentes missarum,
aliaque spiritualia onera quibus bona
prædicta, ac loca gravata existunt, sat-
isfieri, nec non etiam ubi cura ani-
marum annexa sit, eam per vicarios
ab ipsis deputandos, assignata eis con-
grua fructuum portione sustineri, et
exerceri curent, et studeant, utque in-
super ex fructibus, redditibus, ac pro-
ventibus honorum hujusmodi quatuor
clericos diocesis Livoniensis ab eisdem
episcopis eligendos, quorum mores specta-
tati sint, in aliquo seminario ad hoc
ut in eo studiis ecclesiasticis vacare pos-
sint, jugiter sustententur, ac alantur.

Deputatio
commissarii a
postolici ad ef-
fectum exe-
quendi præ-
sentis literas.

§. 6. Quocirca venerabili fratri
Joanni Andreæ archiepiscopo Chalcedo-
nensi Nostro, et Sedis apostolicæ apud
eundem Stanyslaum Augustum regem
nuncio, de cujus prudentia, fide, re-
ligione, ac in negotiis gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus,
per præsentem committimus, et man-
damus, ut prædictas duas ecclesias con-
ventuales, seu præpositurales a posses-
sione, usu, et proprietate dictorum fra-
trum beatorum martyrum de pæniten-
tia exemptas, et respective ademptas
esse declaret, illasque cum omnibus suis
bonis mobilibus, et immobilibus, red-
ditibus, proventibus, prædiis, curiis,
villis, et hominibus cum mensa epi-
scopali Livoniensi perpetuo unitas, ap-
plicatas, et incorporatas esse decernat;
ut insuper portionem fructuum, ac red-
dituum hujusmodi in eam causam ero-
gari, aliaque exequi, prout fuerat su-
perius a Nobis dispositum, curet, et
studeat. Nos enim illi quamcumque ne-
cessariam, et opportunam ad præmissa
omnia, et circa ea, quæ ad ecclesia-
rum, ac honorum prædictorum exem-
ptionem, et ademptionem, ac respec-
tive unionem, et applicationem per-
tinent, faciendi, gerendi, dicendi,
tuam, seu plures personas cum iisdem
facultatibus subdelegandi, et exequen-
di, seu exequi mandandi, et omnia,
quæ pro præsentium literarum exequu-
tione componere, et constituere, ac de-
cernere in Domino salubriter expedire
conspexerit, plenam, et amplam fa-
cultatem, motu, scientia, auctoritate,
et tenore prædictis tribuimus, et im-
pertimur.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 7. Decernentes has præsentis li-
teras semper firmas, validas, et effi-
caces existere, et fore, suosque plena-
rios, et integros effectus sortiri, et ob-
tinere, ac illis, ad quos spectat, et pro
tempore quandocumque spectabit in

Bull. Rom. Tom. VI.

omnibus, et per omnia plenissime suf-
fragari, et ab eis respective inviolabi-
liter observari; sicque in præmissis per
quoscumque judices ordinarios, et de-
legatos etiam causarum palatii aposto-
lici auditores, judicari, et definiri de-
bere, ac irritum, et inane, si secus su-
per his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus
opus sit, quorumcumque piorum be-
nefactorum, seu testatorum testamen-
tis, dispositionibus, codicillis, ac ul-
timis voluntatibus, quas, quoad præ-
missa, sufficienter, et expresse con-
mutamus, de jure quæsito non tollendo,
ac de exprimendo vero valore in
suppressionibus, unionibus, seu appli-
cationibus, illisque committendis ad
partes vocatis quorum interest, ac aliis
Nostris, et cancellariæ apostolicæ re-
gulis, nec non Lateranensis concilii no-
vißime celebrati uniones perpetuas nisi
in easibus a jure permissis fieri prohi-
bentis, aliisque apostolicis, ac in uni-
versalibus, provincialibusque, et syno-
dalibus conciliis editis generalibus, vel
specialibus constitutionibus, et ordi-
nationibus, nec non ecclesiarum, et
ordinis prædictorum, etiam juramen-
to, confirmatione apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, et
consuetudinibus; privilegiis quoque, in-
dultis, et literis apostolicis superiori-
bus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis, derogatoriis, aliis-
que efficacioribus, efficacissimis, ac
insolitis clausulis, irritantibusque, et
aliis decretis in genere, vel in specie,
ac aliis in contrarium præmissorum,
quomodolibet concessis, approbatis, in-
novatis, et confirmatis. Quibus omni-
bus, et singulis illorum tenores præ-
sentibus pro plene, et sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis
habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum,
hac vice dumtaxat specialiter, et ex-
presse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque. Datum Romæ apud san-
ctam Mariam Majorem sub annulo pis-
catoris die sexta septembris millesimo
septingentesimo octuagesimo secu-
do, pontificatus Nostri anno octavo.

CCCXCV.

Dat. die
10 septembris
1782
Anno VIII.

Mandatum ut in posterum nundinæ in civitate, et diœcesi Pisaurensi diebus festis celebrari nequeant

Venerabili fratri Rocho Mariæ
episcopo Pisaurensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Dierum festo-
rum prophana
tionem ponti-
ficis detestatur.

§. 1. **G**ravia quidem sunt, et non parvo mœrore lugenda scandala, quæ ex suborta corruptela in hac tua diœcesi celebrandi in diebus festis, et præcipue in diebus dominicis publicas nundinas, ac mercatus fraternitas tua evenire Nobis significat: siquidem cum idcirco in diebus festis ab opere humano cessandum sit, ut liberius ad ecclesiam ire, psalmis, et hymnis, ac canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis sanctorum communicare, ad incitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, elemosynas indigentibus ministrare valeat christianus, multi e contrario Christianifideles spe lucri illusi, ac nimium, quam par est, negotiosi, quoties nundinæ aut mercatus in hisce diebus habeantur, quæ sua, ac hujus sæculi sunt dumtaxat quærentes, vix, aut ne vix quidem ecclesiam adeunt, divinoque sacrificio adstant, tantum abest, ut Dei verbum attente, pioque ore audire, ecclesias frequentare, conscientiam mundare, Deo laudes persolvere, aliasque salutare exercitationes obire curent.

Benedictus
XIV. mercatus
diebus festis
prohibuit per-
missis dumtaxat
nundinis
sub quibus-
dam conditioni-
bus.

§. 2. Nos non latet felicis recordationis Benedictum pp. XIV. prædecessorem Nostrum per suas literas archiepiscopis, episcopis, et ordinariis ditio- nis ecclesiasticæ directas die quinta novembris MDCCXLIV. datas districte quidem mercatus in diebus festis prohibuisse, sed sub certis tunc expressis conditionibus nundinarum celebrationem tollerasse, aliosque decessores Nostros aliquibus populis peculiaribus literis id indulsisse.

Nundinas quo-
que mandat
pontifex epi-
scopo prohibe-
ri, statutis poe-
nis in rebelles.

§. 3. Verum cum ex hujusmodi indulgentia, ac facilitate nimis ultro processerit corruptela, quod vero in populorum commodum fuerat concessum, in hac tua diœcesi in apertum, ac intolerabilem dierum festorum contemptum collapsum sit; hinc precibus tuis Nobis hisce desuper porrectis, saluberrimas

sanctiones, quibus Ecclesia celebrandarum nundinarum in diebus festis abusu- sum tollere jugiter studuit, ad illarum pristinam observationem revocantes, fraternitati tuæ per præsentem edicimus, ac mandamus, ne in diœcesis tuæ urbe, oppidis, ac locis; non obstante quavis consuetudine etiam immemorabili, nundinas celebrari in diebus festis patiaris. Quocirca tibi, de cujus prudentia, fide, ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, omnem et quamcumque necessariam, et opportunam ad hujusmodi abusum tollendum, ac circa ea, quæ ad harum præsentium Nostrarum literarum executionem pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, et exequendi, ac exequi mandandi, ea, quæ pro earumdem præsentium executione componere, constituere, ac decernere in Domino salubriter expedire conspexeris plenam, et amplam facultatem motu, scientia, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et imper- timur. Mandantes propterea omnibus, et singulis hominibus civitatis, oppidorum, ac locorum prædictorum, aliisque, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, ut tibi in omnibus, et singulis præmissis prompte pareant, et obsequantur, tuæque mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententias, sive pœnas, quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Benedicti prædecessoris Nostri literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam

In contrarium
facientibus de
rogatur.

Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

CCCXCVI.

Dat. die
10 septembris
1782
Auno VIII.

Supprimuntur octo confraternitates laicales in civitate Pisaurensi, earumque bona applicantur conservatorio in eadem civitate erigendo.

Venerabili fratri Rocho Mariæ
episcopo Pisaurensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Precium

§. 1. Romanum decet pontificem tamquam fidelem servum, ac prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam non modo spiritualium providentiam Catholicæ Ecclesiæ, quantum divina bonitas largitur, jugi vigilantia exhibere; sed et temporalium circumspectione suorum, et apostolicæ Sedis etiam quoad temporalia subditorum commodis indesinenter consulere, eaque de causa ea omnia sollicitis studiis curare, quæ communis utilitatis rationi, et reipublicæ saluti consentaneum esse in Domino arbitratur.

Conservatorii
erectionem
Pontifici laudat.

§. 2. Hoc sane consilio, cum nil magis et religioni, et reipublicæ proficuum sit, quam homines a primis annis, et dum adhuc passiones in eorum animis non invalere, recte instituere in variis ditionis ecclesiasticæ civitatibus, oppidis, ac locis brephotrophia, conservatoria, seminaria, ac etiam ubi opus fuit, reclusoria, tum ut juvenus ad pietatem, ac religionem informaretur, tum sic exigente necessitate, ut effrænis arrogantium vita cohiberetur, vel ampliori censu auximus, vel etiam de novo instituimus. Cum itaque pro ea pastoralis sollicitudine, ac charitate, qua tuæ curæ commissum gregem prosequeris, eoque studio, quo pro iis omnibus, quæ ad illius bonum, ac etiam temporale commodum spectare intelligis, enixe conaris aliquod conservatorium in hac Nostra civitate Pisaurensi, in quo nedum puellæ orphanæ ab undique instantibus periculis

tueantur, sed etiam ubi illæ puellæ, quæ ex emergentibus causis e suorum parentum domibus aufugiunt, secure, et honeste vivere, vel etiam mulieres, quæ ob suorum virorum sævitias, jurgia, ac probra scorsim ab eis moram trahere coguntur, confugere possint, per Nos erigi summopere desideras.

§. 3. Nobis hinc nuper exponi fecisti, quod quatuordecim confraternitates laicales in hac Nostra civitate Pisaurensi erectæ existunt, quæ ut plurimum tum ob confratrum arrogantiam, ac statutorum, tuorumque monitorum detractionem, ac demum præcipue ob pravam honorum, ac reddituum suorum administrationem adeo ut, nuper etiam a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis, et consultationibus præpositorum confraternitati sub invocatione sancti Josephi per suum decretum die duodecima aprilis anni 1774., et confraternitati sanctorum Rochi, et Sebastiani per aliud decretum die prima martii 1781. suorum bonorum administratio fuit interdicta, ac appositus œconomus, qui æs alienum ob inutiles sumptus ab eis respective contractum exolveret, episcopis Pisaurensibus pro tempore existentibus continuas ferme anxietates, et molestias attulere, et adhuc afferre non desistunt; quocirca cum etiam confraternitatum hujusmodi numerus major sit, quam spiritualis fidelium utilitas postulet, et ad divini cultus augmentum, reipublicæque bonum pertineret, quatenus prævia nonnullarum ex iis suppressione, abolitione, et extinctione novo in civitate prædicta erigendo, ac instituendo conservatorio unirentur, et incorporarentur, prout uniri, ac incorporari summopere desideres.

Rationes, nonnullarum confraternitatum summopere indignantur.

§. 4. Nos igitur tuis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere voleates, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de ejus fide, prudentia, integritate, et in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentis committimus, et mandamus, ut octo confraternitates laicales, quarum prima est sub invocatione, seu titulo sancti Antonii abbatis, altera sub invocatione, seu titulo sancti Josephi, tertia sub invocatione, seu titulo sanctorum Rochi, et Sebastiani, quarta sub invocatione, seu titulo Annunciationis beatæ Mariæ virginis immaculatæ, quinta de Misericordia nuncupata, sexta sub invocac-

Octo confraternitates laicales summopere indignantur, earumque bona ac redditus conservatorio erigendo assignantur.

tione, seu titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis, septima sub invocatione, seu titulo sancti Petri, octava, ac postrema demum sub invocatione, seu titulo sanctorum Crispini, et Crispiniani, auctoritate Nostra apostolica suppressas, et extinguas, et suppressas, ac extinctas esse decernas, atque declares, prout auctoritate prædicta perpetuo supprimimus, atque extinguimus. Ne porro in ecclesiis, quas memoratæ confraternitates, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ possident, debitus Dei cultus exinde imminuatur, piorumque testatorum dispositiones congruam frustrentur executionem, statuimus, ac ordinamus, ut in actu suppressionis prædictæ ex bonis, redditibus, ac proventibus ad illas quomodolibet respective spectantibus, ea quantitas separetur, quæ pro missarum, legatorumque piorum, aliorumque onerum cuilibet ecclesiæ annexorum satisfactione, ac cappellanorum decenti assignamento necessaria reputabitur, illamque, assignata eisdem ecclesiis certa portione sacræ suppellectilis, eisdem respectivè ecclesiis auctoritate prædicta applices, et unias. Verum, cum alias, mense nempe octobris transacti anni 1781. dilectus filius modernus parochus ecclesiæ sancti Arcangeli hujus civitatis Pisaurensis fatiscente præ vetustate ecclesiæ hujusmodi congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Tridentini concilii interpretum ad obtinendam ecclesiam confraternitatis sancti Josephi, quæ est altera ex, ut præfertur, suppressis, una cum adnexa domo supplices preces obtulerit, tibi propterea iungimus, ut eidem parochi ecclesiam prædictam sancti Josephi, et adnexam domum concedas, ea tamen lege, ut juxta factam ab eo in manibus tuis ecclesiæ sancti Archangeli cum parochiali domo, et horto adnexo dimissionem, hæc favore conservatorii, ut infra, erigendi cedant, et quoniam ex dispositione bonæ memoriæ Umberti Aloisii Radicati, dum vixit, episcopi Pisaurensis, constat censum passivum scutorum quingentorum, quem presbyteri sæculares congregationis sancti Philippi Nerii anno 1757. vendiderunt ex pia donantis voluntate una cum suo multiplico ad summam scutorum noningentorum circiter ascendenti in novæ parochialis ecclesiæ sancti Archangeli constructionem fuisse erogandum, cum ex ecclesiæ sancti Josephi, et adnexæ domus donatione dicto parochi, ut

tiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, necessarioque, et specificam expressionem requirente defectu notari, infringi, impugnari, retractari, limitari, modificari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas, et illa a perditionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, aut potestatis plenitudine similibus concessio vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas praesentes literas sub quibusvis similitum, vel dissimilium unionum, conjunctionum, statutorum, ordinationum, concessionum, et inductorum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, Sedemque praedictam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, et alias quomodocumque, et quandocumque faciendis nunquam comprehendere, et comprehensas censi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per eos, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, quandocumque eligenda concessas intelligi, semperque, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, et suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari,

§. 5. Sicque, et non aliter in praemissis omnibus, et singulis censi, atque ita per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, aliosve quoslibet quavis auctoritate, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, de jure quaesito non tollendo, deque unionibus perpetuis committendis ad partes, vocatis quo-

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

rum interest, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac felicitis recordationis Bonifacii pp. VIII. prædecessoris Nostri de una, et concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac prædictarum congregationum, et ordinum, illorumque conventuum, et locorum quorumvis, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis, eisdem ordinibus, seu congregationibus, vel eorum alteri, illorumque, aut alterius eorum superioribus, personis, domibus, conventibus, aut locis quibuslibet, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque tota tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

Fides habenda
transumptis.

CDII.

Indultum imprimendi librum, cui titulus = *Bibliotheca Canonico-juridica p. Lucii Ferrari*: = concessum Laurentio, et Natali Barbiellini.

Dat. die
27 septembris
1782
Anno VIII

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii Laurentius, et Natalis patruus, ac nepos Barbiellini Romani Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi librum, cui est titulus = *Bibliotheca Canonico-juridica p. Lucii Ferrari* = alias a quondam Carolo Barbiellini dicti Laurentii genitore semel, atque iterum impressum, denuo typis mandare intendant, vereantur autem, ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, dictum librum in ipsorum exponentium præjudicium rursus imprimi facere curent.

Proces porrectæ pro obtinendo privilegio.

§. 2. Nos eorumdem exponentium indemnitati providere, ipsosque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore cæsententes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eisdem exponentibus, ut decennio proximo a primæva dicti libri impressione computando durante, dummodo tamen ille prius a dilecto filio magistro sacri palatii apostolici approbatus sit, nemo tam in urbe Nostra, quam in reliquo statu ecclesiastico mediate, vel immediate Nobis subjecto, dictum librum sine speciali dictorum exponentium, aut ab eo causam habentium licentiâ imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, aut venalem habere, seu proponere possit, apostolica auctoritate tenoris præsentium concedimus, et indulgemus.

Tenor tributi privilegii.

§. 3. Inhibentes propterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum impressoribus, et bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de camera, et amissionis librorum, et typorum pro una cameræ Nostræ apostolicæ, pro alia eisdem exponeu-

Pœne inflictæ contra inhobedientes.

tibus, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, et iudici exequenti irremisibiliter applicandis, eoque ipso absque ulla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante præscriptum librum, aut aliquam ejus partem sine hujusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressum vendere, seu venalem habere, vel proponere quoque modo audeant, seu præsumant.

Defensio concessa pro observantia privilegii.

§. 4. Mandantes propterea dilectis filiis Nostri, et apostolicæ Sedis de latere legatis, seu eorum vice legatis, aut præresidentibus, gubernatoribus, prætoribus, aliisque justitiæ ministris provinciarum, civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici præscripti, quatenus eisdem exponentibus, seu ab eo causam habentibus præscriptis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eisdem exponentibus requisiti fuerint, pœnas præscriptas, contra quoscumque inobedientes irremisibiliter exequantur.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis statutis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

CDIII.

Dat. die
16 novembris
1782
Anno VIII.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui orationi quadraginta horarum interfuerint tempore quadragesimali in ecclesiis ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum,

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus
præsentes literas inspecturis,
salutem
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum, de licentia ordinariorum locorum in ecclesiis, in quibus per dilectos filios fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum tempore quadragesimali verbum Dei prædicari, et sermones fieri contigerit, in Palmarum, vel alia dominica, aut die ad hoc magis opportuna instituendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. His vero, qui sacra communione refecti non fuerint, sed vere pœnitentes, et firmum propositum confitendi habentes, orationi hujusmodi, ut supra faciendæ interfuerint, et ut supra oraverint, decem annos, et totidem quadrageas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitæ pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Concessionis ratio, et tenor.

§. 2. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque earundem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris

Conditiones, et leges impostæ.

generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

temporalibus, quibus aliæ custodiæ ordinis prædicti utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possit, et valeat in omnibus, et per omnia perinde ac si specialiter concessa fuissent, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non dicti ordinis, et provinciæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, vel innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima nona novembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
19 novembris
1782
Anno VII.

CDIV.

Erigantur quatuor conventus una cum hospitio ordinis s. Francisci Cappuccinorum in diocesi Latisburgensi existen. in formalem custodiam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Erhardus a Radkerspurgo minister generalis fratrum ordinis sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum; quo ob multas, et rationabiles causas, easque graves, Nobisque cognitæ quatuor sui ordinis conventus cum uno hospitio in principatu, et diocesi Salisburgensi existentes, scilicet Salisburgensis Laufensis, Milhdorfensis, et Radsladiensis, nec non hospitium Verfense a provincia, cui hactenus aggregati erant, per Nos separari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Erhardum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus huiusmodi inclinati, prævia separatione, ac dismembratione prædictorum conventuum Salisburgensis, Laufensis, Milhdorfensis, et Radsladiensis, nec non hospitii Verfensis, eosdem conventus, ac hospitium cum aliis suo tempore instituendis in formalem custodiam elevamus, erigimus, ac constituimus; custodia huiusmodi, ut omnibus, et singulis juribus, privilegiis, et gratiis spiritualibus, et

Bull. Rom. Tom. VI.

Expositio præsum.

Tenor concessionis.

CDV.

Dat. die
19 novembris
1787
Anno VIII.

Unio cujusdam cappellanæ, seu legati
pii mensæ episcopali Stagneosi.

Pius Episcopus

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. **D**ivinis documentis, ac præceptis illius summi pastoris, qui ecclesiarum, et fidelium omnium nostræ commisit insufficientiæ curam, Nosque licet immeritos ad summum pontificiæ dignitatis apicem concedere voluit, instructi easdem ecclesias, earumque pastores in partem sollicitudinis consilii cælestis dispositione vocatos in charitatis visceribus ardentius complectentes Nostros continuo revolvimus cogitatus, ut ea in operam Nostri ministerii dona conferamus, per quæ ad ecclesiarum, et illis præsentium prælatorum dispendiis, ac necessitatibus occurratur, ut sic devicti impensius Dominico gregi excubias habere valeant, prout rebus, ac circumstantiis sedulo, ac mature pensatis in Domino salubriter expedire dignoscitur.

Ratio concessionis.

§. 2. Sane providi, vigilisque pastoris more considerantes fructus mensæ episcopalis Stagneosis adeo tennes esse, ut ipsis necessariis sumptibus facere satis vix episcopus possit, ac nedum ullum collegium, seu ecclesiasticum seminarium ad habendos, religioseque educandos, ac ecclesiasticis disciplinis instruendos pueros, qui studium, præferant Deo, et ecclesiæ inserviendi juxta formam a Tridentino concilio traditam erectum existere, quin imo in eadem diœcesi prorsus desiderari, qui adolescentes sacris, civilibusque literis imbuat, unde nisi post multas difficultates reperire est, quibus ecclesiarum parochialium curam committi, aut ad cathedralem ecclesiam, ut inibi sacra faciant, vocari possint: de his vero edoctos dilectos filios modernum rectorem, et consiliarios reipublicæ Ragusinæ pro eximia eorum in Deum pietate remedium tot malis in dies succrescentibus a Sede apostolica enixis precibus flagitavisse, et flagitare, nec aliud remedium in præsentiarum afferri posse, quam si mensæ episcopali Stagneosi, sub certis inferius exprimendis conditionibus, ac legibus quoddam legatum pium a bonæ memoriæ Perræ de Gundula factum, quæ ordinavit, ut præter legatum pium cum onere unius missæ quotidianæ dilectis filiis fratribus ordi-

nis sancti Francisci ejusdem civitatis Stagneosis factum annui redditus ex alia expressa honorum suorum portione annui redditus presbytero a congregatione sacerdotum sancti Petri in cathedra nominando concederentur sub onere unius itidem quotidianæ missæ uniatur, et incorporaretur.

§. 3. Nos itaque ad ecclesiam prædictam, illiusque præsulem, et universum clerum, et populum paternæ dirigentes considerationis intuitum, maturata super his deliberatione præhabita ad enixas eorundem rectoris, et consiliariorum reipublicæ Ragusinæ preces, memoratam dictæ Perræ de Gundula dispositionem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac specificata habentes, firma remanente dispositione hujusmodi quoad fratres ordinis sancti Francisci civitatis Stagneosis, aliud legatum pium, seu cappellaniam cum omnibus suis bonis, juribus, et actionibus nunc, et pro tunc cum primùm cappellania hujusmodi vacaverit, mensæ episcopali Stagneosi auctoritate apostolica harum serie perpetuo nominus, adnectimus, et incorporamus, ac perpetuo unitam, adnexam, et incorporatam esse statuimus, et decernimus.

Concessionis
tenor.

§. 4. Ne autem anima dictæ piæ testatricis debito fraudetur suffragio, episcopis Stagneosis pro tempore existentibus harum serie iniungimus, ut per presbyterum ab eadem congregatione sacerdotum sancti Petri in cathedra nominandum unam missam in ecclesia sub titulo sancti Blasij juxta ejusdem testatricis dispositionem, soluta ei elemosyna *grossetti* decem monetæ omnino celebrari quotidie cureat, et studeant, eorum etiam conscientiam hisce desuper onerando. Volumus propterea quod episcopi prædicti virum doctum, pium, ac probum eligant, qui adolescentes dictæ diœcesis Stagneosis in sortem Domini vocatos, soluta ei ex redditibus prædictis annua congrua mercede ad ecclesiasticas literas instituat, ut in posterum ad sacros ordines promovendi in hasce disciplinas edocti, et instructi inferentes, ac habiles Dei ministros se præbere valeant.

Leges, et conditiones concessionis ad hæc.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicut in præmissis per quoscum-

Clausula subblata, et decretum irritans.

que iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
traciorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac memoratæ Perræ de Gundula etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, de jure quesito non tollendo, nec non felicitis recordationis Pauli pp. II., et aliorum pontificum Romanorum prædecessorum Nostrorum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

CDVI.

Dat die
21 novembris
1782
Anno VIII.

Abdicatio cum translatione juris patronatus nonnullorum beneficiorum simplicium in parochiali ecclesia beatæ Mariæ virginis Assumptæ oppidi de Azambuia Lisbonensis diœcesis favore reginæ fidelissimæ, et ejus in regno Portugalliæ successorum regum fidelissimorum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **U**niversa, quæ in Ecclesia Dei posita sunt ecclesiastica beneficia, quorum ditissima plerumque fundatio, ex munifica christianorum principum pietate dimanat, æquissimum fore noscitur, atque optatissimum, ut principes ipsi idoneis æque ac utilibus personis nominationis jure committant, quæ et populo ædificationem, et eidem Ecclesiæ operè, et exemplo lætitiâ valeant afferre. Quod si interdum contigerit, ut nonnulli privati homines, ex regali cessione jure antedicto fuerint potiti, quoties tamen in illud justis ex causis regales ipsæ personæ regredi debere putent, omnis ratio postulat, atque suadet, ut ad illas veluti ad fontes, ex quibus ante processit idemmet jus apostolicæ Sedis ministerio, et auctoritate debeat redire.

Proemium

§. 2. Exposuit siquidem Nobis nuper charissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliæ, et Algarbiorum regina fidelissima, quod quamvis pro tempore existentes rectores priores nuncupati parochialis ecclesiæ prioratus, etiam nuncupatus beatæ Mariæ virginis in cœlum Assumptæ oppidi de Azambuja Lisbonensis diœcesis, quæ, sicut accepimus, de regio jure patronatus ex fundatione, vel dotatione existit tamquam donatarij reginæ coronæ Portugalliæ jus præsentandi ad nonnulla perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica in dicta parochiali ecclesia existentia hæctenus possederint, dictumque jus personas ecclesiasticas idoneas ad dicta beneficia præsentando exercuerint, nihilominus dicta Maria Francisca regina fidelissima consideravit ex justis, et rationabilibus causis non amplius expedire, quod dicta parochialis ecclesiæ rectores pro tempore existentes in dicti juris præsentandi possessione in posterum permaneant. Cum

Tenor precum
porrectarum a
Portugalliæ re-
gina.

itaque sicut eadem expositio subjungebat, vacante ad præsens certo, quem præsentibus haberi volumus pro expresso modo extra Romanam curiam parochiali ecclesia prædicta, ipsa Maria Francisca regina fidelissima antequam futurum dictæ parochialis ecclesiæ rectorem ad illam præsentet plurimum cupiat a prædictis parochialis ecclesiæ rectoribus prioribus nuncupatis jus præsentandi hujusmodi ad eadem beneficia per Nos, et Sedem apostolicam, ut infra, perpetuo abdicari, et separari; illudque eidem Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ, ejusque in regno Portugaliæ successoribus regibus fidelissimis, etiam perpetuo concedi, et ad illam, et illos transferri.

Tenor abdicat-
tionis factæ a
sancta Sede in
favorem regi-
næ fidelissi-
mæ, et succes-
sorum illius.

§. 3. Nos attendentes eximia ejusdem Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ merita, quibus apostolica sibi Sedes benevola redditur, suis hac in parte Nobis exhibitis votis, et petitionibus annuere volentes, jus præsentandi prædictum ad eadem beneficia, ab eisdem rectoribus pro tempore existentibus dictæ parochialis ecclesiæ, ita ut præsentatio hujusmodi de cætero non amplius ab eisdem pro tempore existentibus dictæ parochialis ecclesiæ rectoribus, ut præfertur, fieri, sed jus præsentandi hujusmodi ex nunc deinceps in futuris eorundem beneficiorum vacationibus ad dictam Mariam Franciscam reginam fidelissimam, ejusque in dicto regno successores reges fidelissimos prædictos, ut prius, spectare, et pertinere debeat apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo abdicamus, et separamus, dictumque jus præsentandi ad eadem beneficia, ut præfertur, vacatura eidem Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ, ejusque in regno prædicto successoribus regibus fidelissimis prædictis dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et ad illam, et illos absque ulla reservatione, etiam cancellariæ apostolicæ regularum eisdem modo, et forma, quibus in exercitio juris patronatus dictæ parochialis ecclesiæ utitur, et gaudet respective eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo transferimus, cujusvis consensum desuper quomodolibet requisitum dicta apostolica auctoritate supplendo.

Clausula salu-
tates, et irri-
tantes

§. 4. Nec non easdem præsentibus, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quas spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum in- violabiliter observari: et sic ab omnibus

censeri, et ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio habenda, seu quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum hanc quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio con-
trariorum,

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ abdicatōnis, separationis, concessionis, translationis, suppletionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, decimo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno octavo.

Sanctio pena-
lis.

CDVII.

Dat. die
29 novembris
1782
Anno VIII.

Unio, et incorporatio domus congregationis clericorum regularium ministrantium infirmis in loco nuncupato de Occimiano, domi, et congregationi Pedemontanæ, et Januensi, prævia ejus dismembratione a provincia Bononiensi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ nullo licet meritorum Nostrorum suffragio per ineffabilem divinæ sapientiæ providentiam commissum postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio complectamur, per quam personæ sub snavi religionis jugo divini naminis obsequiis insistentes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Expositio præcum exhibiturum a præfeto generali ordinis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Amadeus Rofredi præpositus provincialis clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, annuente etiam præposito generali, et consulta dictæ congregationis, quod ad utilitatem, ac bonum suæ congregationis spectaret, quoties domum congregationis prædictæ in loco de Occimiano intra carissimi in Christo filii Nostri Victorij Amadei Sardinia regis illustris ditionem consistenti, alias provincie Bononiensi unitam, prævia illius dismembratione, ac separatione a provincia prædicta, illam provincie ex domibus nationum Pedemontanæ, et Januensis efformatæ uniremus, ac incorporaremus, prout uniri, et incorporari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ad procurandam felicem congregationis prædictæ in via Domini progressum, suamque regularem disciplinam, quantum cum Domino possumus, tuendam, omnique studio apostolica auctoritate fovendam, ipsumque exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prædictam do-

num in loco de Occimiano nuncupato erectam, prævia illius dismembratione, ac segregatione a provincia Bononiensi congregationis prædictæ, cui alias unita, ac addicta erat, cum provincia ex domibus nationum Pedemontanæ, et Januensis dictæ congregationis constituta auctoritate apostolica harum serie unimus, jungimus, adnectimus, et incorporamus, ac unitam, conjunctam, et incorporatam perpetuo futura fore edicimus, et declaramus.

§. 4. Ne autem provincia Bononiensis ex hujusmodi dismembratione, ac separatione ullimode lædatur, et ne eadem provincia tot alumnos, quot nomen dederant dictæ congregationi ad hoc, ut in toties dicta domo de Occimiano, et muneribus fungerentur, et in additionem ejusdem Victorij Amadei regis illustris in vinea Domini adlaborassent, sustentare cogatur. Ut provincia, cui, ut præfertur, domus de Occimiano adnexa, et incorporata extitit, numerum suorum alumnorum nationalium augere teneatur, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et mandamus. Quod si provincia hujusmodi omnes omnino alumnos dictæ congregationis suos nationales, qui nunc per domus provincie Bononiensis dispersi sunt, statim coadunare non valuerit, ut tamen quoties aliqua vacatio contigerit in provincie Bononiensis levamen suos nationales præcæteris advocet, auctoritate, et tenore prædictis volumus, ac jubemus.

Consultitur alumnis, qui nomen congregationi dedunt quo tempore Bononiensi provincia incorporata reperiebatur.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublati, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non congregationis, et provincie prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam de-

Derogatio contrariorum.

rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die vicesima nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

CDVII.

Dat. die
6 decembris
1782
Anno VIII.

Ad instantiam præpositi generalis congregationis Theatinorum deputatur archiepiscopus Parisiensis pro tempore existens in visitatorem apostolicum domus et communitatis congregationis prædictæ Parisiis erectæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi dudum fecerat felicis recordationis Clementi pp. XIV. immediato prædecessori Nostro præpositus generalis tunc temporis congregationis clericorum Theatinorum nuncupatorum, quod cum eadem congregatio in omnibus Franciæ regnis unicam tantum haberet, sicuti modo etiam habet religiosam domum sub titulo sanctæ Annæ la Ryal in civitate Parisiensi impossibile fere erat, ob maximam illius distantiam a quacumque alia ejusdem congregationis communitate, seu domo, ut aliquis ex ipsius clericis regularibus illuc ad eam visitandam se conferret, ac facultatibus per constitutiones dictæ congregationis apostolica auctoritate confirmatas, suis hujusmodi visitatoribus attributis, res, et negocia ejusdem domus inquireret, ac perpenderet, levesque abusus, qui in regulari familia paulatim irrepere solent, tollere curaret, et auferretur; cumque insuper nullam aliud in his rerum, et locorum circumstantiis, atque necessita-

Clementis XIV. dispositio circa visitationem domus, et communitatis, faciendam ab episcopo Muldensi.

tibus excogitari tunc posset remedium, per quod et efficacius, atque convenientius recto in spiritualibus, et temporalibus dictæ domus gubernari prospiceretur, et non solum dictus exponens, sed ejus etiam pro tempore in eodem munere præpositi generales hujusmodi successores eandem domum dirigere, ac in ea regularem disciplinam conservare valerent, quam si aliquis ab apostolica Sede deputaretur visitator, et commissarius apostolicus, qui facultatibus a prædictis congregationis constitutionibus ejus visitatoribus concessis, anno quolibet prædictam domum, ejusque communitatem posset visitare, humiliter propterea supplicaverat pro opportuno super præmissis remedio; dictusque Noster immediatus prædecessor supplicationibus hujusmodi inclinatus, per suas in forma Brevis apostolicas literas sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die xviii. maii MDCCLXXIII., venerabilem fratrem episcopum Muldensem in visitatorem, ac commissarium hujusmodi cum facultatibus per memoratas constitutiones dictæ congregationis ejus visitatoribus concessis, atque tributis, auctoritate apostolica ad sexennium tantum tunc proximum constituit, et deputavit, et prout plenius in eisdem literis apostolicis habetur, et continetur.

§. 2. Nuper autem exponi Nobis fecit dilectus filius Victorius Amadeus Tarino ad præsens prædictæ congregationis præpositus generalis, quod ad faciliorem reddendam memoratæ domus visitationem, atque etiam ad prævertendas difficultates omnes, si quæ exurgerent, ut illam vel prorsus impedirent, vel diu saltem protraherent, medium, sive remedium longe aptius, atque opportunius illud esset, quod firmo cæteroquin manente præpositi generalis pro tempore dictæ congregationis jure explendi ad sui beneplacitum per se ipsum visitationem prædictæ domus, et communitatis sanctæ Annæ Parisiorum, archiepiscopo pro tempore existenti Parisiensi tamquam delegato apostolico, ut unum ex primoribus de capitulo Metropolitanae ecclesiæ Parisiensis in ipsius visitatorem apostolicum pro tempore, quod opportunum videretur, eligere, ac deputare, nec non in quocumque casu, vel alicujus impedimenti, quo detineretur hujusmodi visitator, vel etiam ejus obitus, alterum ex iisdem primoribus de capitulo ejusdem metropolitanae ibidem tamquam delegatus apostolicus, et, ut præfertur, pro opportuno tem-

Dispositionem Clementinam amplius exequi non posse demonstratur, et novi visitatoris necessitas evincitur.

pore in illius locum, et visitatorem prædictum subrogare, sive etiam de novo eligere, ac deputare posset, legitima facultas per Nos, et Sedem apostolicam perpetuo tribueretur.

Novi visitatoris facultates necessaræ indignantur.

§. 3. Is vero, in visitatorem apostolicum sic electus, ac deputatus, sive etiam subrogatus, plenam, atque omnimodam haberet potestatem, ecclesiam, domum, et communitatem prædictas semel in anno visitandi, computa accepti, expensique perpendendi, abusus, si qui irrepsissent, tollendi, et cum omnibus, et singulis aliis facultatibus per prædictas constitutiones congregationis suis regularibus visitatoribus concessit; ita tamen, ut visitator huiusmodi, sive electus, sive subrogatus omni penitus cederet jure, ac facultate prædictam domum, et communitatem visitandi, aut in visitatione quomodocumque se ingerendi, quoties expleri ipsa vellet a dicto præposito generali pro tempore per se ipsum, et insuper cum oere transmittendi singulis annis ad ipsum præpositum generalem pro tempore acta expletae visitationis ad hoc, ut regulares superiores de statu memoratae domus, ejusque regulis, nec non de familiæ qualitate, ac directione plene conscii remanerent, ac de opportunis remediis juxta necessitatem providere possent. Cumque per novam huiusmodi methodum, sicut eadem expositio subiungebat, longe facillior dicta visitatio evaderet, difficultates omnes præcederentur, regularis spiritus, ac disciplina in eadem domo vel cresceret, vel tutior saltem maneret, ac familiæ quies adaugeretur; Nobis idcirco idem dilectus filius præpositus generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio novi delegati apostolici ad effectum perficiendi visitationem domus.

§. 4. Nos igitur prædictam congregationem clericorum regularium Theatinorum nuncupatam, ipsumque exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa laici, si quas forte incurrit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore gentes, supplicationibus huiusmodi inclinati, archiepiscopis Parisiensibus pro tempore existentibus, ut perpetuis futuris temporibus tamquam delegati apostolici, unum ex primoribus de capitulo metropolitanae ecclesiae Parisiensis in dicta domus sanctæ Annæ Parisiorum, ejusque communitatis visitatorem

apostolicum pro tempore, quoad opportunum videbitur, eligere, deputare, nec non in quocumque casu, vel aliqujus impedimenti, quo detineretur huiusmodi visitator, vel etiam ejus obitus, alterum ex iisdem primoribus de capitulo ejusdem metropolitanae ecclesiae, itidemque tamquam delegati apostolici, et, ut præfertur, pro opportuno tempore in illius locum, et visitatorem prædictum subrogare, sive etiam de novo eligere, ac deputare libere, et licite respective possint, et valeant, auctoritate apostolica harum serie committimus, ac mandamus.

§. 5. Ita ut in visitatorem apostolicum sic electus, ac deputatus, sive etiam subrogatus plenam, et omnimodam habeat potestatem, dictam domum, illiusque superiorem, clericos regulares, et personas ibidem existentes cujuscumque sint status, gradus, qualitatis, conditionis, et dignitatis, nec non domus huiusmodi ecclesiam, ac ejus bona quaecumque tam in capite, quam in membris semel in anno visitandi, nec non sacris canonibus, regularibusque dictæ congregationis institutis auctoritate apostolica approbatis inhærendo ea, quæ correctione, emendatione, et renovatione indigebant, emendandi, et corrigendi, ac renovandi, libros accepti, et expensi expendendi, sumptusque reformandi, cæteraque omnia faciendi, gerendi, quæ visitatores regulares juxta prædictas constitutiones congregationis huiusmodi alias possent, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, ac declaramus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, et singulis ejusdem domus superioribus, clericis regularibus, et personis prædictis, ut te tamquam visitatorem, et commissarium apostolicum a Nobis, sicut præmittitur deputatum reverenter suscipiant, et recognoscant; ac tibi in omnibus, et singulis prompte pareant, et obsequantur, ac tua salubria monita, et mandata humiliter recipiant, et efficaciter adimplere procurent. Volumus autem, ut si aliquando contingat, quod præpositus generalis congregationis prædictæ per se ipsum visitationem huiusmodi obire intendat, tunc, et eo casu visitator, ut præfertur, electus, sive subrogatus omni prorsus careat jure, ac facultate, dictam domum, et communitatem visitandi, aut in visitatione quomodocumque se ingerendi.

Facultates visitatori apostolice concessæ enumerantur.

§. 6. Volumus insuper, ut cujuscumque visitationis huiusmodi acta per

Declaratio specialis.

eiusdem domus sive præpositum, sive alium clericum regularem tuo arbitrio eligendum ad nunc, et pro tempore existentem præpositum generalem dictæ congregationis transmittantur, ut inde superiores generales dictæ congregationis de statu domus prædictæ, ac qualitate personarum in ea existentium, illius regimine, ac directione, nec non de aliis, si quæ sint, quibus opportune consulti possit, certiores evadant.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausula generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.



CDIX.

Dat. die
11. decembris
1782
Anno VIII.

Instante rege catholico, præscribitur modus exigendi decennia, sive medias annatas a provisus de præceptoris, seu commendis militiarum s. Jacobi de Spatha, Calatrava, et Alcantara.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Decet Romanum pontificem, qui illius vices gerit, qui charitas est, paterna benevolentia, qua omnes Christianifideles, præcipue vero summos principes, ac proceres omnes prosequi tenetur, justis votis assensum præbere, justisque petitionibus aures accommodare, prout rerum, ac temporum circumstantiis mature pensatis in Domino salubriter expedire arbitratur.

Proemium

§. 2. Nobis siquidem nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli regis Hispaniarum catholici expositum fuit, quod ejus prædecessores, veluti administratores trium militiarum, seu ordinum nempe sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, et de Alcantara, aliquas præceptorias, seu commendas, prioratus, et beneficia ad militias, seu ordines hujusmodi spectantia, nec non pensiones super eisdem imponendas etiam iis, qui alias inhabiles, ac incapaces essent, per legitimam collationem, ea consequi, et obtinere, impetrata prius apostolica dispensatione, seu habilitatione jamdiu conferre consueverunt; ast claræ memoriæ Philippus IV., dum vixit, rex catholicus inter cætera reputans æquum, ad justum minime esse incapaces, seu inhabiles, non solutis ærariis respective dictarum militiarum, seu ordinum juribus de media annata nuncupata, ideoque sine onere, quo milites earumdem militiarum, qui per legitimam collationem easdem præceptorias, seu commendas, prioratus, et beneficia, ac pensiones obtinuissent, eorum redditibus, fructibus, et proventibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite posse, tunc per suum decretum diei xvi. februarii MDCXXXVII. constituit, ut eo prorsus modo, quo jus mediæ annatæ nuncupatæ ærariis dictarum respective militiarum, hoc est, in militia, seu ordine sancti Jacobi de Spatha medietatem fructuum duorum annorum, qui primi erant in militia, seu ordine de Calatrava tertiam partem fructuum primi anni, in mi-

Tenor præcui
porrectarum a
rege Hispaniarum.

lita vero, seu ordine de Alcantara tertiam pariter partem primi, nec non medietatem fructuum secundi anni, milites in suis respective militiis, seu ordinibus præceptorias, seu commendas, prioratus, ac beneficia, seu pensiones obtinentes persolvebant, ita pariter eveniente casu, quo eadem præceptoriarum, seu commendarum, prioratus, beneficia, pensiones, seu pars illorum fructuum iis conferrentur, qui cæteroque, aut, quod ad aliam militiam adscripti essent, aut, quod alterius essent sexus, aut demum, quod aliud eis obstaret canonicum impedimentum incapaces essent ea ex titulo legitimæ collationis obtinendi, vel etiam in casu, quo fructus, ac redditus prædicti ad dissolvendum æs alienum defunctorum, ad constituendas dotes, aut in alias causas hujusmodi erogandi concederentur, in hisce omnibus casibus, aut in aliis hujusmodi ab ærariis cujuslibet respective ex dictis ordinibus, seu militiis juxta methodum superius designatam memoratum jus mediæ annatæ esset exigendum, et solutio mediæ annatæ hujusmodi in omnibus prædictis casibus ad rationem dumtaxat primi decennij, quo obtinentes hanc concessionem ea fruerentur, caderet, ita ut primo elapso decennio, aut secundo, aliove ulteriori, iterum, iterumque mediæ annatæ prædicta esset solvenda, et usque ab illis temporibus quoties contigit, aliquam ex dispensationibus hujusmodi impetrari in literis apostolicis hujusmodi desuper expeditis, plerumque de decenniorum prædictorum onere mentio facta fuit; verum quia non semel hujusmodi mentio in dictis apostolicis literis prorsus desiderabatur, licet tunc hujusmodi gratias obtinentes, ad hoc, ut exigi posset dictum jus mediæ annatæ de illo solvendo, prævia illorum obligatione, consensissent, nihilominus in claræ memoriæ Philippum V., dum vixit, Hispaniarum regem catholicum incessit dubium, ne aliquando, sub eo prætextu, quod ad juris hujusmodi solutionem etiam judicialiter cogi possent, hosce indultarios prædictum jus exactum sit; ac insuper dubitavit, quin aliqui errores in eorundem decenniorum exactione, ac distributione hujus oneris inter eos, qui super ejusdem præceptoriarum, seu commendarum, vel beneficii fructibus pensiones respective obtinebant cum præjudicio interesse habentium irrepserint felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster precibus ejusdem Philippi

regis catholici annuens, ad omnia præcidenda dubia, tum quoad ea, quæ in antecessum exacta sunt, tum ad in posterum exigenda, illi amplam, et plenam gerendi, et exequendi, dispensandi, et declarandi facultatem tribuit, ac impertitus est, prout in literis desuper die xii. junii MDCCXLI. expeditis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, interim extremum clausisset diem prædictus Philippus rex catholicus, quin unquam facultatibus sibi, ut præfertur, impertitis usus sit; hinc memorati Karoli regis catholici nomine Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui eundem Karolum regem catholicum, ob suam religionem in Nos, et in hanc sanctam Sedem fidem, aliaque virtutum merita, quæ in eo dante Domino refulgent beneficiis, et gratiis afficere gestimus, ut magis magisque exemplaris sua pietas foveatur, et Christifidelium quoque illi in temporalibus subditorum utilitas procuretur, ejus votis annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, in præmissis ea omnia, quæ de et super impositionibus, ac exactionibus dictorum decenniorum, super fructibus, redditibus, ac proventibus præceptoriarum, seu commendarum, prioratum, aliorumque beneficiorum, ac pensionum trium militiarum, seu ordinum prædictorum, ac circa eas usque in præsens dicta, facta, et gesta sunt, quoniam utilitati cesserunt earundem militiarum, seu ordinum, auctoritate apostolica harum serie rata facimus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, eadem auctoritate, et tenore sanamus. Insuper cum omnia quæ sub titulo decenniorum hujusmodi, aut mediæ annatæ percipi, seu exigi solent in utilitatem earundem militiarum, seu ordinum erogentur, hinc quoties a memorato Karolo rege catholico, suisque pro tempore existentibus successoribus præceptoriarum, seu commendarum, prioratus, aliaque beneficia ad dictas militias, seu ordines spectantia iis in administrationem cum perceptione fructuum conferantur, qui alias præceptorias, seu commendas, prioratus, ac beneficia hujusmodi consequi, et obtinere incapaces essent, aut quoties earundem præceptoriarum, seu commendarum, prioratum, aliorumve beneficiorum fructus ad dissolvenda de-

Tenor concessionis

functorum debita per superstites annos applicentur, aut in alias causas erogentur, quæ non sint eas concedere ex titulo collationis militibus capacibus eadem præceptorias, seu commendas, prioratus, aliave beneficia obtinendi, aut quoties itidem super illarum fructibus annuæ pensiones incapacibus doneatur, vel eadem pensiones in alias causas, ut præfertur, assignentur, in hisce omnibus circumstantiis, ac aliis hujusmodi decennia prædicta, seu mediæ annatæ juxta statuta, et consuetudines dictarum respective militiarum, seu ordinum imponenda, seu imponendæ percipi, exigi, ac levari libere, ac licite possint, et valeant, ita ut præceptorias, seu commendas, prioratus, aliave beneficia, seu pensiones hujusmodi obtinentes, etiamsi in literis apostolicis pro illorum habilitatione, seu dispensatione obtinenda pro tempore expediendis oneris hujusmodi mentio nulla fiat, cæteroquin non necessaria, ad eorundem tamen decenniorum, seu mediæ annatæ solutionem teneantur; eidem enim Karolo regi catholico, ejusque pro tempore existentibus successoribus plenam, liberam, et amplam facultatem, et auctoritatem circa methodum oneris dictorum decenniorum, et divisionem eorum solutionis inter obtinentes præceptorias, seu commendas, prioratus, aliave beneficia ad tres militias, seu ordines prædictos spectantia, vel etiam pensiones super illorum fructibus possidentes, qui tamen alias essent incapaces illa potiri, ac obtinere, ea omnia gerendi, et exequendi, ac dispensandi, et declarandi, quæ pro eorundem decenniorum exactione, seu perceptione utiliora erant, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula salutaris, et irritantes.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contritorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non militiarum sancti Jacobi de Spatha, Alcantara, et de Calatrava etiam juramen-

to, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno octavo.

CDX.

Dat. die
12 decembris
1782
Anno VIII.

Unio monasterii sancti Andreæ de Ardenega Senensis diocesis mensæ episcopali Icinensi.

Pius Episcopus
servus servorum Dei

Venerabili fratri episcopo Clusino,
et Pientino
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Ecclesiarum nitorem, et cultum si plurimum deceant veluti ex ipso divino oraculo deprehenditur, per quod de eorum domus suæ dilexisse Deum sumus admoniti quanto magis, ac quam sollicitè ecclesiæ illæ præsertim cathedrales, quæ uti veteres ruinam de proximo minantur, sacrissæ desititni prorsus noscuntur indumentis pro debita templi Domini veneratione ac zelo debeant reparari, novisque desuper suppellectilibus provideri, quisque sentire, atque intelligere potest. Proindeque Nos ipsi, qui studium Nostrum in eo jugiter gerimus, ac quos non laet quantum sit ponderis earundem ecclesiarum præsulibus pro exigua reddituum

Proemium

mensarum suarum dotatione hujusmodi reparatio, et provisio Nostram auxilij dexteram extendentes validiora æque, ac promptiora media ministerio unionis, etiam monasteriorum maxime si ad id piissima quoque vota christianorum principum accedant aperire satagimus, prout locorum, ac temporum qualitas exigit, et Nos in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Miserissima ecclesia Ilcinensis conditio exponitur.

§. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Joannis Petri Feij apud Nos, et Sedem apostolicam dilectissimi in Christo filii Petri Leopoldi regij Hungariæ, et Bohemiæ principis archiducis Austriæ, et Hetruræ sibi subjectæ magni ducis, illius regis negotiis præpositi petitio continebat, quod cum ea sit ecclesiæ Ilcinensis conditio, ut ipsa utpote ad imminentis ejus fabricæ ruinæ periculum redacta, sacrisque suppellectilibus destituta vix humili apparatu, maximaque cum parsimonia manuteneri, et procul ab ea, quam Deus, sanctaque ejus catholica religio exigunt decencia divina cultui celebrando indecora admodum declinatione valeat respondere, idem Petrus Leopoldus archidux, et magnus dux hujusmodi, ad cujus audientiam præmissa fuerunt delata certior una simul factus de gravi ipsius ecclesiæ paupertate, ac modica mensæ episcopalis Ilcinensis dotatione, ad supplendum indigentis hujusmodi omnino impotis, et capituli ejusdem ecclesiæ reddituum tenuitate, ac denique de cujusvis canonice subventionis deficientia non potuit, quia dolentem in corde suo religiosæ pietatis sensum experiretur, ut proinde tot, tantisque incommodis nonnullis mediantibus provisionalibus subsidiis, quæ eidem ecclesiæ summo studio præstari curavit, quam celeriter occurreret.

Monasterii s. Andree de Ardenga vallis Umbrosæ unio ecclesiæ Ilcinensi exposcitur.

§. 3. Verum considerans, quod subsidia hujusmodi utpote mere temporanea, nec ullam in posterum firmitatem respicientia ad restaurandam, et in decenti, ut par est, statu conservandam hujusmodi ecclesiam de perenni, stabilique indigentem auxilio haud sufficerent, provide idcirco memoria repetens, quod alias monasterium abbatia nuncupatum sancti Andree apostoli de Ardenga nuncupati Vallis Umbrosæ, seu alterius ordinis Senensis diocesis per felicis recordationis Pium pp. II. prædecessorem Nostrum eidem ecclesiæ apostolica auctoritate unitam existit, licet posthac attento immemorabili temporis intervallo causæ unionis hujusmodi ef-

fectum tunc impediens penitus ignorentur, hoc sane unionis ministerio ejusdem mensæ episcopalis Ilcinensis modicæ dotationi hujusmodi, ut infra, supplendo, ecclesiæ prædictæ pariter indigentis, et necessitatibus hujusmodi per pro tempore existentem illius episcopum infrascripta mediante rerum dispositione provideri posse cognovit. Si itaque, sicut eadem petitio subjungebat, monasterium prædictum, quod dilectus filius Noster Gregorius sanctæ Mariæ in Cosmedin nuncupatæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis Salviati nuncupatus in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis ad præsens obtinet, ex nunc prout ex tunc, et e contra in infrascriptum tamen eventum, prævia illius tituli collativi suppressione, et extinctione mensæ episcopali Ilcinensi prædictæ, in modum tamen pro tempore existens episcopus Ilcinensis prædictæ ecclesiæ indigentis, ut infra, consulere debeat per Nos, et Sedem apostolicam prædictam, ut infra, uniretur, annecteretur, et incorporaretur, id profecto opportunum foret remedium, et perenne, stabileque subsidium, quo ipsa ecclesia Dei templum illius episcopatus sedes, et Christifidelium inibi existentium mater prædictæ ejus fabricæ restorationibus, aliisque indigentis hujusmodi facilius provideret, simulque congruum juxta piissima ejusdem Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis hujusmodi vota decoris susciperet augmentum; quare pro parte dicti Joannis Petri nomine suprascripto Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus tam piis ejusdem Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis hujusmodi votis ad divini cultus incrementum, ut præfertur, tendentibus hac in parte favorabiliter annuere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, qui dudum inter alia volvimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annum valorem secundum communem æstimationem tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, et in unionibus hujusmodi commissio semper fieret ad partes, vocatis, quorum interest, idemque servaretur in quibusvis suppressionibus, perpetuis applicationibus, et concessionibus, etiam de quibuscumque fructibus ecclesiasticis, eidem Joanni Petro specialem gratiam facere volentes; a quibusvis excommuni-

Petita in unionem indulgentiam pontifex.

cationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes; nec non aliarum unionum eidem mensæ episcopali hæctenus forsân factarum, si quæ sint, tenores etiam veriores, ac datas præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, attentò quod tu, ut asseritur, episcopus vicinior existis, per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint ad id evocandi, monasterium prædictum, de quo consistorialiter disponi non consuevit, ac cujus, et illi forsân annexorum fructus, redditus, et proventus ad quadraginta florenos auri in libris cameræ apostolicæ taxati reperiuntur, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam, ac consuetudinem illud commendandi, ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, et de cætero uti tali in titulum collativum, seu commendam quavis auctoritate conferri, seu impetrari, aut concedi, seu de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illud deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, aut commendari, seu alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, commendæ, aliæque dispositiones de illo quomodolibet factæ nullæ prorsus, et invalidæ, nullasque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam coleratum titulum possidendi tribuant ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen monasterium prædictum per cessum, vel decessum prædicti Gregorii cardinalis, aut alias quovis modo ex illius persona, commenda prædicta cessante, vacare contigerit, auctoritate Nostra perpetuo supprimas, et extinguas, illoque sic suppresso, et extincto, omnia, et singula ejusdem monasterii sic per te, ut præfertur, supprimendi, et extinguendi bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque etiam ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen monasterium prædictum per te, ut præfertur, supprimendam, et extinguendam per cessum, vel decessum prædicti Gregorii cardinalis, aut alias quovis modo commenda prædicta cessante, ut præfertur vacare contigerit, et non alias, nec antea mensæ episcopali Ilcinensi prædi-

ctæ, ita quod liceat pro tempore existenti episcopo Ilcinensi statim ac casus vacationis hujusmodi e venerit per se, vel alium, seu alios ejus, ac prædictæ ecclesiæ nomine, ejusdem monasterii per te, ut præfertur, supprimendi, et extinguendi, illiusque fructuum, reddituum, proventuum, rerum, bonorum, proprietatum, jurium, et pertinentiarum quorumcumque veram, realem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, dictaque bona, jura, res, et proprietates respective locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus prædictos, ac obventiones, et emolumenta hujusmodi respective percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per pro tempore existentem episcopum Ilcineusem prædictum omnibus, et singulis ejusdem monasterii per te, ut præfertur, supprimendi, et extinguendi, si quæ sint, oneribus, in ejus, ac dictæ mensæ episcopalis usus, et utilitatem convecere, diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, in modum tamen, ut pro tempore existens episcopus Ilcinensis prædictus dictam ecclesiam de suppellectilibus, et indumentis sacris, aliisque ad divinum cultum hujusmodi necessariis instruere, illiusque fabricæ restorationibus, aliisque ejus indigentis hujusmodi providere debeat auctoritate Nostra prædicta sine alicujus præjudicio perpetuo unias, annexas, et incorpores.

§. 5. Nos enim si suppressionem, extinctionem, unionem, annexionem, et incorporationem hujusmodi per te earundem præsentium vigore fieri contigerit, ut præfertur, et postquam illa facta fuerint, easdem præsentibus nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel quacumque causa quantumvis juridica, pia, privilegiata, ac de necessitate exprimenda de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, vel alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac ad dictam Sedem apostolicam, seu prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes, seu dignitate, honore, et prærogativa fulgentes revocari, suspendi, restringi, limitari, ad viam, et

Quodcumque subreptionis vel obreptionis vitium tollitur.

terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiæ, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ concedi, seu illis in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam, ut præfertur, vel alias quomodolibet etiam per cancellariæ apostolicæ regulas, aut constitutiones apostolicas pro tempore factis, et faciendis comprehendere, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quodcumque eligenda concessas esse, et fore, suosque plenarios; et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari.

Cuique aliter
judicandi fa-
cultas admi-
tur.

§. 6. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac predictos ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere, ut præfertur, legatos, dictæque Sedis nuncios hujusmodi judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Non obstantibus voluntate Nostra prædicta, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, ac beneficia ecclesiastica unius diocesis alterius diocesis beneficiis uniri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, vel ordinationibus apostolicis, ac predicti monasterii, et ordinis, cujus illud existit, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsau concessis, approbatis, confirmatis, et renovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si

pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, nec non opportune, et valide harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod taxa prædictæ ecclesiæ Ilcinensis in libris cameræ apostolicæ descripta, in futurum pro summa quadraginta florenorum auri hujusmodi, acta supradicta unione per te, ut præfertur, facienda augeatur. Per præsentem autem non intendimus beneficia ecclesiastica a dicto monasterio dependentia eidem mensæ episcopali in aliquo unire. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo secundo pridie idus decembris, pontificatus Nostri anno octavo.

Taxæ descri-
ptio præcipi-
tur; et bene-
ficia ecclesia-
stica a mona-
sterio Vallis
Umbrosæ de-
pendentia a
præfata unio-
ne immunita
declariantur.

GD XI.

Dat. die
16. decembris
1782
Anno VIII.

Pensio perpetua 4000. cruciatorum monetæ Lusitanæ super mensa ecclesiæ Pharaonensis in actu illius coadiutoriæ reservata, et successioni loco facto tamen persolvenda favore tribunalis sacræ Inquisitionis Elborensis.

Pius episcopus
servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ex debito pastoralis officii, Nobis licet immeritis disponente Domino commissi circa ea per quæ locorum piorum quorumlibet sacræ præsertim inquisitionis tribunalium commodo decentique statui provideri queat, potissimum si regionarum Illiricarum intacta fides, ac sincera pietas opportuna Nobis pensionum imponendarum media sata-

Proemium

git exhibere curam omnem impendere non desistimus, sicut in Domino ad catholicæ fidei defensionem conspicimus salubriter expedire.

Ratio exponitur cur pensio imponatur.

§. 2. Cum itaque Nos hodie ecclesiæ Tricalensi, quæ in partibus infidelium consistit certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutæ de persona dilecti filii Andreæ Teixeira Palha electi Tricalensis Nobis, et venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providerimus, ipsumque illi in episcopum præfecerimus, et pastorem curam, regimen, et administrationem ipsius ecclesiæ Tricalensis, in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo, nec non prædictum Andream electum, ex certis rationabilibus causis Nobis tunc expressis adducti venerabili fratri Nostris Laurentio a sancta Maria archiepiscopo moderno episcopo Pharaonensi in coadiutorem perpetuum, et irrevocabilem in regiminæ, et administratione ecclesiæ Pharaonensis, cui dictus Laurentius archiepiscopus, et episcopus tunc præerat, prout adhuc præest de præsentibus cum futura in illa successione, licet ejusdem Laurentii archiepiscopi, et episcopi consensu deficiente expresso tamen charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscae Portugalliæ, et Algarbionum reginæ fidelissimæ, de cujus jurepatronatu prædicta ecclesia Pharaonensis, ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum esse dignoscitur accedente consensu, de fratrum eorundem consilio, dicta apostolica auctoritate constituerimus, et deputaverimus eidemque ecclesiæ Pharaonensi incertos etiam tunc expressos eventus de dicti Andreæ electi persona apostolica auctoritate similiter providerimus præficiendo eum in episcopum, et pastorem ipsius ecclesiæ Pharaonensis, prout in Nostris inde confectis literis plenius continetur, et prædicta Maria Francisca regina fidelissima suas Nobis preces obtulerit quatenus in actu constitutionis, et deputationis prædictarum, nec non provisionis ejusdem ecclesiæ Pharaonensis tribunali sacræ Elborensis inquisitionis contra hæreticam pravitatem mediante infrascripta pensionis annuæ reservatione, in infrascriptum tamen eventum per Nos ut infra perpetuo faciendâ providere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos tam justis ipsius Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ precibus, piissimisque votis annuere volentes, et nunc prout ex tunc et econtra, postquam tamen ad dicti Andreæ electi favorem successioni prædictæ in dicta ecclesia Pharaonensi locus factus fuerit pensionem annuam quatuor millium cruciatorum monetae Lusitanæ super omnibus, et singulis mensæ episcopalis Pharaonensis fructibus, redditibus, et proventibus favore tribunalis sacræ inquisitionis Elborensis prædictæ arbitrio tamen dictæ Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ ejusque successorum regum distribuendam, eamque ab omni decima quarta media, et quavis alia fructuum parte, subsidio etiam charitativo, et excusato, ac quocumque alio tam ordinario, quam extraordinario onere quomodolibet nuncupato etiam pro cruciata sancta, et expeditione contra Turchas, infideles, et hæreticos etiam pro Pharaonensis seminario puerorum ecclesiasticis, et classis trirremium mantentione, ac ex quavis alia urgente, argentissima, ac necessario exprimenda causa nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, etiam si in literis impositionum hujusmodi caveatur expresse, quod pensionarii quicumque pro rata pensionum suarum quantumvis exemptarum præmissis omnibus contribuere teneantur, nec non peste, fame, bello, siccitate, alluvione, agrorum devastatione, fructuum etiam omnium amissione, ac eorum quoquomodo non recollectione, ac alio quocumque casu fortuito, et inopinato, ac quocumque judicio evenire insolito, ac quibuscumque aliis quomodolibet contingentibus, et extantibus non obstantibus, quæ omnia et singula pro renunciatis habeantur etiam titulo donationis puræ, et irrevocabilis, quæ dicitur fieri inter vivos etiam si prædictis, vel aliis similibus cautelis specialiter, et expresse derogatum sit, et in posterum derogari contingat, et quæ pensio prædicta ex quavis causa juridica, et legitima etiam pia, privilegiata, ac speciali nota digna, ac de necessitate juris vel facti omnino reduci, annullari, vel invalidari nullo jure, nullove modo possit, sed semper, et omni tempore integre, et absque ulla etiam minima diminutione debeatur, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam eidem tribunali, et pro eo personæ illi a prædicta Maria Francisca regina fidelissima, ejusque succes-

Collatio pensionis, et reservatio juris illam in posterum conferendi, favore reginæ Portugalliæ, et successorum illius.

soribus regibus prædictis deputandæ per dictum Andream electum, cujus ad hoc expressus accedit assensus, postquam tamen ad sui favorem successioni prædictæ locus factus fuerit, ut præfertur, et successores suos prædictæ ecclesiæ Pharaonensi præsules, seu administratores pro tempore existentes annis singulis in termino, seu terminis inter ipsum Andream electum, et prædictam Mariam Franciscam reginam fidelissimam statuto, vel statuendo, seu statutis, vel statuendis futuram tamen successionem hujusmodi minime antecedente, seu antecedentibus, vigore tamen præsentium, nec alias alioquin præsens reservato nulla sit eo ipso integre, postquam tamen ad ipsius Andree electi favorem successioni prædictæ locus factus fuerit, et non alias, nec antea persolvendam de prædictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ consensu prædicto eadem apostolica auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus.

§. 4. Decernentes dictum Andream electum successioni prædictæ loco facto, et successores prædictos ad integram solutionem dictæ pensionis eidem tribunal, et pro eo personæ prædictæ juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, et eadem apostolica auctoritate statuentes, quod ille ex Andrea electo, et successoribus prædictis, qui in dictis terminis, vel saltem infra triginta dies illorum singulos immediate sequentium pensionem hujusmodi eidem tribunal, et pro eo personæ prædictæ tunc debitum non persolverit cum effectu lapsis diebus eidem Andree electo, et successoribus præsulibus, videlicet ingressus ecclesiæ interdictus existat. Administratores vero prædicti sententiam excommunicationis incurrant, a qua donec eidem tribunal, et pro eo personæ prædictæ de pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum aut alias cum dicto tribunal, et pro eo cum persona prædicta super hoc amicablem concordatum fuerit, præter quam in mortis articulo constitutus interdictus videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero prædictus ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes interdictus videlicet sub hujusmodi interdicto permanserit, excommunicatus vero prædictus sententiam ipsam animo quod absit substinuerit indurato ex tunc effluxis mensibus eidem a regimine, et admi-

nistracione dictæ ecclesiæ Pharaonensis perpetuo respective suspensi existant eo ipso.

§. 5. Decernentes quoque pensionem prædictam, ex quovis prætextu, et ex quavis causa ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem hujusmodi infringi, aut nullam dici ullatenus unquam posse, neque easdem præsentibus ex quovis capite, colore, vel causa etiam quantumvis juridica, legitima, pia, privilegiata, et speciali nota digna, ac de necessitate juris, vel facti omnino exprimenda de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas quocumque juris, vel facti, justitiæ, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia etiam consistorialiter concesso, et impetrato quemquam uti, seu se juvari posse in judicio, et extra illud, sed eas semper validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri; et obtinere, ac eidem tribunal etiam perpetuo in omnibus, et per omnia plenissime suffragari debere.

§. 6. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, et apostolicæ Sedis nuncios judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca venerabilibus fratribus Nostris Elborensi, et Lacedæmoniensi respective archiepiscopis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel eorum alter per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem hujusmodi successioni prædictæ loco facto eidem tribunal, et pro eo personæ prædictæ juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolvi, et nihilominus quemlibet ex Andrea electo, et successoribus, seu administratoribus prædictis quem interdicti et excommunicationis hujusmodi respective sentiat incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ, et successorum regum prædictorum fuerint requisiti, tamdiu dominicis, et aliis festis

Prohibetur ne quovis prætextu pensio ullo tempore imminuatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Episcopis, et archiepiscopis committitur presentium litterarum executio.

Pœnæ inflictæ eontra non solventes pensionem.

diebus in ecclesiis dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit interdictum et excommunicationem respective publice nuncient, et faciant ab aliis nunciari, et excommunicationem ipsam ab omnibus arctius evitari, donec eidem tribunali, et pro eo personæ prædictæ de pensione hujusmodi tunc debita fuerit integre satisfactum, ipseque interdictus videlicet interdicti relaxationem excommunicatus vero prædictus ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutio- nis beneficium meruerit obtinere contradic- tores auctoritate Nostra prædicta appellatione postposita compescendo.

Derogatio con-
traciorum.

§. 8. Non obstantibus Lateranensis statutis concilii novissime celebrati pen- siones annuas super mensarum episco- palium fructibus, redditibus, et proven- tibus nisi ex cessionis aut alia probabili causa reservari prohibentis, ac consti- tutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Pharaonensis etiam ju- ramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præ- missorum quomodolibet facientibus concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clau- sulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita ob- servata, etiam inserti forent eisdem præ- sentibus pro plene et sufficienter ex- pressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si Andreæ electo, et successoribus, seu administratoribus præ- dictis, vel quibusvis aliis comitantur, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentio- nem. Volumus autem quod hujusmodi

pensionis reservatione per Nos, ut præ- fertur, perpetuo facta non obstante taxa ejusdem Pharaonensis ecclesiæ firma remanere debeat.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, sta- tuti, mandati, derogationis, et volun- tatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipoten- tis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apo- stolorum ejus se noverit incursum. Da- tum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo se- ptingentesimo octuagesimo secundo de- cimo septimo kalendas januarii ponti- ficatus Nostri anno octavo.

Sanctio poena-
lis.

CDXII.

Dat. die
30 decembris
1782
Anno VIII.

Abdicatio juris patronatus nonnullorum simplicium beneficiorum ad rectores parochialis ecclesiæ s. Petri villæ de Torres Novas Lisbonensis diocesis spectantium, cum illius concessionem favore reginæ fidelissimæ, ejusque succes- sorum regum fidelissimorum in per- petuum.

Pius episcopus
servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Spectata devotionis specimi- na, quibus carissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliæ, et Algarbiorum regina fidelissima ad hanc beati Petri cathedram, in qua sumus a Domino licet immerito constituti votis vere regalibus, sui que dignis excelsi cordis amplitudine accedit, Nos adeo alliciunt, ut petitionibus suis, quas ju- giter ratio, et æquitas ducunt, liben- ter annuamus, prout in Domino decere conspiciamus, atque expedire.

Proemium.

§. 2. Sane pro parte ejusdem Ma- riæ Francisæ reginæ fidelissimæ Nobis super expositum fuit, quod quamvis pro tempore existentes rectores paro- chialis ecclesiæ sancti Petri villæ de Torres Novas Lisbonensis diocesis, quæ, sicut accepimus, de regio jure patrona- tus ex fundatione, vel dotatione existit tamquam donatariis reginæ coronæ Por- tugalliæ jus præsentandi ad nonnulla perpetua simplicia, et personalem re-

Expositio præ-
cum.

sidentiam non requirentia beneficia ecclesiastica in dicta parochiali ecclesia existentia hactenus possederint, dictumque jus personas ecclesiasticas idoneas ad dicta beneficia presentando exercuerint, nihilominus dicta Maria Francisca regina fidelissima consideravit ex justis, et rationabilibus causis non amplius expedire, quod dictae parochialis ecclesiae rectores pro tempore existentes praedicti in dicti juris presentandi possessione in posterum permaneant: ad quem proinde effectum vacante ad praesens, ut asseritur, certo, quem praesentibus haberi volumus pro expresso modo extra Romanam curiam parochiali ecclesia praedicta, cum dicta Maria Francisca regina fidelissima antequam ipsa futurum dictae parochialis ecclesiae rectorem ad illum praesentet, plurimum cupiat, ut a praedictis dictae parochialis ecclesiae rectoribus jus presentandi hujusmodi ad eadem beneficia, ut infra, perpetuo abdicare, et separare, illudque eidem Mariae Franciscae reginae fidelissimae, ejusque in Portugalliae regno successoribus regibus fidelissimis etiam perpetuo concedere, et ad illam, et illos respective transferre de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Mariae Franciscae reginae fidelissimae justis desideriis hujusmodi favorabiliter annuere volentes, tenore praesentium jus presentandi praedictum ad eadem beneficia ab eisdem dictae parochialis ecclesiae rectoribus, ita ut praesentatio hujusmodi de caetero non amplius ab eisdem pro tempore existentibus ejusdem parochialis ecclesiae rectoribus praedictis, ut praefertur, fieri sed jus presentandi hujusmodi, ex nunc deinceps in futuris eorumdem beneficiorum vacationibus ad dictam Mariam Franciscam reginam fidelissimam, ejusque in dicto regno successoribus regibus fidelissimis praedictis dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, ac ad illam, et illos libere, et absque ulla reservatione etiam cancellariae apostolicae regularum eisdem modo, et forma, quibus in exercitio juris patronatus dictae parochialis ecclesiae utitur, et gaudet, eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo respective transferimus, cujusvis con-

Boll. Rom. Tom. VI.

sensum desuper quomodolibet requisitum, attenta praedictae parochialis ecclesiae vacatione, dicta apostolica auctoritate suppleo.

§. 4. Nec non easdem praesentes, et in eis contenta quaecumque semper validas, et efficaces esse, et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, et sic ab omnibus censi, et ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Clausula salutare, et irritantes.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut quaelibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem praesentibus pro expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportunè, et valide ad praemissorum validissimum effectum harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrae abdicationis, separationis, concessionis, translationis, suppletionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, tertio decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno octavo.

Sanctio poenalis.

E e e

Dab die
10 januarii
1785
Anno VIII.

CDXII.

Facultas dismembrandi paræciam in ecclesia collegiata terræ di Lugo Imolensis diœcesis in duas alias paræcias, nec non supprimendi confraternitatem sub titulo Crucesignatorum ejusdem terræ ad constituendam congruam duobus novis parochis.

Dilecto filio Nostro Joanni Karolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Bandi nuncupato ex dispensatione apostolica episcopo Imolensi.

Pius PP. VI.

Dilecte fili noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proœmium

§. 1. **E**x quo superna dispositione, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in apostolica Sede, nullis Nostris suffragantibus meritis fuimus collocati, tanti oneris Nobis impositi munus esse intelleximus, ea omnia impense curare, quæ ad Christifidelium salutem, divinique cultus augmentum quomodolibet spectare dignoscuntur, prout omnibus mature perpensis in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio præcum exhibitærum.

§. 2. Sane, sicut Nobis nuper exponi fecisti in oppido, seu terra di Lugo nuncupat. intra tuæ diœcesis limites animarum curam, quæ adnexa est collegiatae ecclesiæ dicti oppidi, seu terræ adeo esse numerosam, ut nedum sub se comprehendat ultra quatuor millia animarum, sed quod magis est ultra circuitum dicti oppidi, seu terræ longe se protendat per loca campestria dissita, et hyemali tempore accessu difficillima; quare parochus, et cappellanus spiritualibus fidelium indigentis occurrere nequeant, adeo ut non obstante ejusdem parochi, vel ejus cappellani sollicitudine, hoc malum contingere potest, ut infirmi in longioribus domibus commorantes, aut divino viatico non reffecti, aut aliis Ecclesiæ sacramentis non munitis, viam universæ carnis ingrediantur. Ast cum pro eo pastoralis zelo, quo apud Deum maxime es commendabilis, huic malo opportunum remedium afferre, dictam paræciam collegiatae ecclesiæ terræ prædictæ dismembrando, aliasque duas paræcias erigendo, desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indul-

gere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratiâ absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ, de cujus prudentia, fide, integritate, religionis zelo, ac in rebus gerendis dexteritate de apostolicæ potestatis plenitudine per præsentem committimus, et mandamus, ut in primis paræciam ecclesiæ collegiatae terræ de Lugo nuncupatae tuæ diœcesis in duas alias paræcias et modo, ac forma, quæ juxta tibi a Domino datam prudentiam opportunior, ac Christifidelium animarum saluti utilior videbitur, auctoritate Nostra apostolica separe, ac dismembres.

§. 4. Insuper cum sicut accepimus, confraternitas in eadem terra sub titulo sanctæ crucis, et denominatione Crucesignatorum bonis temporalibus satis affluat, quorum redditus cum saltem ad annua scuta quingenta ascendat, qui æquiparantur valori, seu existimationi duodecim mille monetæ Romanæ, nulloque alio onere gravetur, quam celebrationis unius missæ in suo oratorio, nec non hospitio excipiendi ecclesiasticos peregrinos, quorum numerus minimus est, eaque propter utilius esset, quoties bona hujusmodi ad dotandas dictas novas erigendas parochiales ecclesias erogarentur; hinc tibi injungimus, ut eandem confraternitatem Crucesignatorum auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressam, et extinctam esse decernas, atque declares; bona vero tam mobilia, quam immobilia, jura, et actiones quomodolibet ad eandem confraternitatem spectantia, et pertinentia pro summa scutorum trium millium cuilibet ex dictis erigendis paræciis auctoritate prædicta applices, et assignes, et attribuas; reliquam vero summam detractis opportunis impensis ad ædificandam unam ex novis ecclesiis, ac domibus parochialibus de altera quippe inferius disponetur, nec non suppellectili necessariâ pro utrisque ecclesiis parochialibus hujusmodi nosocomio ejusdem terræ cum onere hospitio ecclesiasticos peregrinos excipiendi eadem auctoritate dones, ac concedas.

Deputatio
commissarii a-
postolici ad
effectum per-
ficiendi divi-
sionem paræ-
ciarum.

Mandatum de
supprimendo
confraternita-
tem sanctæ
Crucis, et ap-
plicandi ejus
bona in dotem
novarum ec-
clesiarum pa-
rochialium.

Concessio ec-
clesiæ spectan-
tis ad confrat-
ernitatem sa-
crarum stig-
matum pro e-
rectione novæ
parociæ.

§. 5. Verum cum altera ex eccle-
siis parochialibus prædictis ultra clau-
strum Hæbreorum Ghetto nuncupatum
ad eam partem, quæ campos prospicit,
sit erigenda, ac confraternitas laicalis
sacrarum stigmatum nuncupat. illuc sa-
tis aptam, ac idoneam ecclesiam, et do-
mum possideat. Volumus itaque, ut
illam a confraternitate hujusmodi tibi
cedi ad novam in ea erigendam paro-
chiam, eidemque confrat-
ernitati pro hujusmodi cessione eccle-
siam, ac domum suppressæ, et extin-
ctæ, ut præfertur, confraternitatis Cru-
cesignatorum assignari, ac concedi om-
nino cures, et studeas. Ut autem pia
fundatio quotidianæ missæ, qua, ut
præfertur, sic suppressa, ac extincta
confraternitas gravatur, sollicite, æque,
ac religiose adimpleatur, impense con-
aris, tuæ pietati, ac religionis zelo
summopere in Domino commendamus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 6. Decernentes has præsentis li-
teras semper firmas, validas, et effi-
caces existere, et fore, suosque plena-
rios, et integros effectus sortiri, et ob-
tinere, ac illis, ad quos spectat, et
pro tempore quodcumque spectabit in
omnibus, et per omnia plenissime suf-
fragari, et ab eis respective inviolabi-
liter observari; sicutque in præmissis per
quoscumque iudices ordinarios, et de-
legatos etiam causarum palatii aposto-
lici auditores, judicari, et definiri de-
bere, ac irritum, et inane, si secus
super his a quoquam quavis auctori-
tate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus
sit, quorumcumque piorum benefacto-
rum, seu testatorum testamentis, di-
spositionibus, codicillis, ac ultimis vo-
luntatibus, quas quoad præmissa suffi-
cienter, et expresse commutamus, de
jure quæsito non tollendo, ac expri-
mendo vero valore in suppressionibus,
dismembrationibus, unionibus, seu
applicationibus, illisque committendis ad
partes, vocatis quorum interest, ac aliis
Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis,
nec non Lateranensis concilii novissime
celebrati uniones perpetuas nisi in casi-
bus a jure expressis fieri prohibentis,
aliisque apostolicis, ac in universalibus,
provincialibus, et synodalibus conciliis
editis generalibus, vel specialibus con-
stitutionibus, et ordinationibus, nec
non collegiatae ecclesiæ, et confrater-
nitatis prædictarum etiam juramento,
confirmatione apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis statutis, et consue-
tudinibus: privilegiis quoque, indultis, et

Bull. Rom. Tom. VI.

literis apostolicis superioribus, et perso-
nis sub quibusvis tenoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriis de-
rogatoriis, aliisque efficacioribus effica-
cissimis, ac insolitis clausulis, irritan-
tibusque, et aliis decretis in genere vel in
specie forsan in contrarium quomodolibet
concessis, approbatis, et innovatis. Qui-
bus omnibus, et singulis etiamsi pro illo-
rum sufficienti derogatione specialis, spe-
cifica, expressa, ac individua, non au-
tem per clausulas generales idem impor-
tantes mentio, habenda, aut quævis alia
exquisita forma ad hoc servanda foret
illorum tenores, præsentibus pro pleq̄,
et sufficienter expressis ac de verbo ad
verbum insertis habentes, illis alias in
suo robore permansuris ad præmissorum
effectum hac vice duntaxat specialiter, et
expresse derogamus, cæterisque con-
trariis quibuscumque. Datum Romæ apud
sanctam Mariam Majorem sub anulo pi-
scatoris die decima januarii millesimo
septingentesimo octuagesimo tertio, pon-
tificatus Nostri anno octavo.

CDXIV.

Dat. die
21 januarii
1783
Anno VIII.

Sanatio capituli provincialis provinciæ,
utriusque Castellæ; ordinis fratrum
beatæ Mariæ de Monte Carmelo de
observantia nuncupatorum, et confir-
matio constitutæ tripartitæ officiorum
inter fratres prædictos.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**x injuncto Nobis desuper
apostolicæ servitutis officio votis illis,
per quæ paci, et quieti inter Christifi-
deles quoslibet præsertim sub suavi re-
ligionis jugo Altissimo famulantes op-
portune consulitur, libenter annuimus,
atque favoribus prosequimur opportu-
nis; libentissime vero si sublimorum
principum preces hisce desuper cumu-
lantur.

Proemium.

§. 2. **E**xpositum siquidem Nobis
nuper fuit pro parte carissimi in Chri-
sto filii Nostri Karoli Hispaniarum re-
gis catholici, quod cum quamplures
dubitationes, et animorum fluctuationes
circa validitatem capituli provincialis fra-
trum ordinis beatæ Mariæ virginis de
Monte Carmelo de observantia provin-

Tenor precum
porrectarum a
rege catholi-
co.

E c c e 2

ciae utriusque Castellae in conventu Avilae die secunda junii MDCCLXXXI. habiti aliqua quippe solemnitates a canonibus, et apostolicis constitutionibus praescriptae fuerunt omissae, ortae essent, ad tollendas omnes dissensiones, ac partium studia, quae ex inde proficiscebantur, dilecto filio Josepho Herreris regio Castellae consiliario commisit, ut private auditis interesse habentibus, pristinam pacem, et tranquillitatem restituere inter fratres provinciae praedictae impense studeret. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, compertum fuerit omnino requiri auctoritatem apostolicam ad sanandos omnes, et singulos defectus, qui in memorato capitulo provinciali intervenerunt, ac etiam ad adprobendam, confirmandamque tripartitam officiorum in dicta provincia deinceps observandam tenoris, qui sequitur. — Cum partium affectiones in hac utriusque Castellae Carmelitarum de observantia provincia, non a territorio, sed a lectoribus philosophiae, et studiis ortum habuerint; ad pacem firmandam, charitatemque fovendam, et cum aequitativa distributione honorum, et onerum, dissidia eliminanda; adeo ut omnes religiosi tamquam si filii religionis et haeredes: rebus omnibus mature, seduloque perpensis, ab omnibus subscribentibus expediens iudicatum fuit, sex, quae erant in provincia studiorum partes, in tria collegia redigi oportere. Quae quidem, ut aequaliter, et absque alicujus praefereantia, et honoribus, et oneribus religionis participant, facta est cuilibet parti, seu collegio designatio, adjudicando omnes religiosos, ita ut nullus extra maneat, ut in plano idiomate Hispano (ad studiorum capita attendendo) explicantur, et declarantur. Inter haec tria collegia, cum assignatione dicta, quae Matritense, Toletanum, et Vallisoletanum nuncupantur, dividenda sunt officia majora, et omnia provinciae munera absque cujuslibet praefereantia, ita ut collegia maneat aequalia, prout possibile fuerit, et ut sigillatim stabiliantur omnia, proposita fuit catholico regi, et ab ipso approbata aequitativa distributio, tripartita nuncupata, sequentibus conditionibus explicata sigillatim, ex proximo futuro capitulo servanda.

Prima conditio.

De electione provincialis.

§. 3. Quod feria sexta immediata diei sabbathi, in quo secundum constitutiones debent celebrari electiones tam

provincialis, quam definitorum, postquam coram omnibus lectae fuerint conventuum, ut de more est, computus, vulgo *Cantas quantas*; vocales omnes, per suffragia secreta, seligent collegium vesperi, de quo die sequenti eligendus est provincialis, et licet haec electio canonica non reputetur, tamen absque designatione personae, electio provincialis celebranda die sequenti, de illo erit collegio, quod plura suffragia habuerit; ita ut de alio provincialis eligi non valeat. Attamen, ea lege sequente, quod primus definitor eligendus erit e collegio provincialis, et de collegio, de quo est secretarius provinciae, tantummodo unus definitor, et ex alio collegio duo alii definitores.

Secunda conditio.

§. 4. Quod in capitulo definitorio nullum collegium adeo possit excedere alia duo collegia in vocalibus, ut se solo possit eligere priores; cumque provinciae patres jus suffragandi in definitorio habeant, et possit evenire casus, in quo in uno collegio sint duo, tres, aut plures patres provinciae, tunc quatuor patres magistri antiquiores, ex aliis duobus collegiis, et ex utraque Castellae, ad effectum eligendi priores, et subpriores jus suffragandi in definitorio capituli habeant; ea tamen lege, ut nullo privilegio definitoribus concessa in posterum potiantur, sed definitorio capituli finito nullum jus suffragandi in aliis remaneat, neque aliud privilegium.

De electione priorum.

Tertia conditio.

§. 5. Quod in Castella veteri tres prioratus debent applicari duobus aliis collegiis, a quibus non fuerit electus provincialis, aut socius, et secretarius: Nam pro Castella veteri, collegio, a quo provincialis, aut socius fuerit electus, duo tantummodo prioratus applicari debent, provincialis autem, et ejus socius, et secretarius semper sint de distinctis collegiis. Dum vero provincialis, sive socius de Castella veteri fuerit electus: prioratus Abulensis, et Salmanticensis, ita distribuuntur, ut tribus hisce muneribus, tria potiantur collegia; dum autem provincialis, sive socius electus fuerit e Castella nova, nunquam conjungantur in eorum collegio, neque prioratus Matritensis, neque Toletanus, sed tria haec munera, per tria dividantur collegia. Similiter dum provincialis fue-

De juribus diversorum collegiorum, et discretiva inter ipsa servanda.

rit electus e Castella veteri: nam cum provincialatus, prioratus Matritensis, et Toletanus sint munera in universa provincia graviora; ut serventur justa, et æquitativa distributio, unumquodque collegium perpetuo potiri debet aliquo ex tribus istis muneribus. Cum autem in Castella nova sint duo conventus recollectionis, ad quos suorum priorum electio attinet, atque ideo in definitorio provinciæ solum eligentur sex priores, servatis, et expressis pro Castella veteri in principio hujus conditionis, scilicet, quod ad collegium, sive provincialis, sive secretarij tantummodo adjudicentur duo prioratus.

Quarta conditio.

De requisitis
sub priorum
eligendorum.

§. 6. Quod tam in Castella veteri, quam in nova servata eadem æqualitate, et æquitate in prioribus assignata; subpriores eligantur, attamen ut cum prudentia, in absentia priorum regant conventus, debent esse, aut jubilati, aut actuales concionatores, nisi aliquis religiosus virtute, et prudentia adeo eminentis fuerit, ut unanimi omnium consensu eligendus in subpriorem videatur, et tunc valebit electio.

Quinta conditio.

De æqualitate
servanda inter
collegia
electorum.

§. 7. Cum in Castella nova sint duo recollectionis conventus, ad quos spectat suorum priorum respectiva electio: ut inter tria collegia, etiam in hoc servetur æqualitas, pro Castella veteri conventus sancti Pauli statuendus est recollectionis conventus, et hic applicandus erit Vallisoletano collegio, et collegio Matritensi Vallismaurensis, et deserti Pelagii Toletano. Verum cautum semper habebitur, quod prior conventus sancti Pauli perpetuo in capituli definitorio eligendus erit; ut ita servetur possessio, et consuetudo provinciæ; et hi omnes recollectionis conventus, præscripta forma tribus collegiis, respective applicabuntur.

Sexta conditio.

De oppositi-
onibus ad le-
cturas philoso-
phiæ, et theo-
logiæ singulis
annis facien-
dis.

§. 8. Quod oppositiones, ut dicitur, ad lecturas philosophiæ, et theologiæ, ut cautum est in provinciæ legibus municipalibus, celebrentur singulis annis: cursum incipiat unus lector, et alternatim tam inter novam, et veterem Castellam, quam inter collegia; ita ut non possit formari lector de uno collegio, quin ex aliis duobus forme-

tur et alter. Advertendum quoque est, quod semper, ac unus lector vel morte, vel privatione deficiat, alius ex eodem collegio loco illius subrogetur.

Septima conditio.

§. 9. Cum oppositiones celebrari debeant secundum legem anterioris conditionis, si extiterit aliquis oppositor notabiliter literis cæteros omnes excedens, cunctorum judicum dictamine, et pro suo collegio non sit ei locus ad lecturam, alternativa impediens; ne iudices conscientiam onerent suam, et ne eminentior jus ad lecturam amittat; institui possit iste lector; attamen ea lege, ut discipuli ad collegium, cui respondere secundum alternativam debent, applicentur; lector vero in suo remaneat collegio, idemque est intelligendum, casu, quo aliquod collegium oppositore careat.

De electione
oppositoris no-
tabiliter cæte-
ros omnes li-
teris exceden-
tis.

Octava conditio.

§. 10. Nunquam creentur, neque instituantur, tam in Castella veteri, quam in nova plusquam octo theologiæ lectores, hac designatione præcisa, Compluti tres, Toleti tres, Matriti unus, pro scholastica theologia; et ad theologiam moralem docendam instituetur alter, designato a patre provinciali conventu, vel a definitorio. Pro Castella veteri, Salmanticæ tres, Vallisoleti tres, unus in conventu Segobiensi, pro scholastica theologia, et alius ad explicandam theologiam moralem, in Metinensi conventu. Et conformiter ad id, quod in actis municipalibus præcipitur (*nullæ literæ patentes sive pro lectura philosophiæ, sive theologiæ admittantur, a rmo patre generali concessæ, nisi unanimi omnium definitorum consensu postulentur*) et tunc ut gradum doctoratus in aliqua regali universitate obtineat, servando tamen ea, quæ circa hoc tam in actis municipalibus, quam in decretis generalibus cautum legitur.

De numero le-
ctorum theolo-
giæ eligendo-
rum.

Nona conditio.

§. 11. Juvenes utriusque Castellæ, de una ad alteram transire non valeant, similiterque lectores; sustentantes conclusiones publicas, qui vulgo *actuantes* nuncupantur, transitum faciant, secundum consuetudinem, et acta municipalia.

De iis qui
transire, vel
non transire
possint de una
ad alteramCa-
stellam.

Decima conditio.

De socio præsidiis.

§. 12. Cum liberum sit rmo patri ordinis, capituli præsidentem designare, orandum erit ab ipso, ut in denominatione præsidiis statuatur socium illius esse de distincto collegio.

Undecima conditio.

De affiliationibus religiosorum.

§. 13. Quod religiosorum affiliationes æquitatiue in omnibus statuatur conventibus, et si possibile erit æqualis numerus de quolibet collegio assignetur, verumtamen affiliationes prædictæ non stabiliantur usque ad proximum definitorium, in quo ordinari debent.

Duodecima conditio.

De explicatione, et innovatione præsentiam legum.

§. 14. Cum temporum varietas, aliisque occurrentiæ legum explicationem, innovationem, aut dispensationem sæpius deposcant; actis municipalibus nos conformantes statuere iudicamus conveniens, quod in rebus tantummodo accidentalibus possint leges istæ explicari, aut innovari: attamen ea lege (ut in actis municipalibus sancitum est) ut neque provincia se sola, neque rmus solus dispensare, innovare, alterare possit sed tantummodo de provincia in capitulo congregata, ex quinque vocalium partibus, per suffragia secreta convenientibus quatuor, et rmi accedente consensu possit, ut dictum est, in legibus hisce innovari, et alterari.

Tertia decima conditio.

De approbationibus exquirendis.

§. 15. Quod hoc planum, cum omnibus suis conditionibus fiet præsens in omnibus conventibus provinciæ postquam obtinuerit regiam approbationem, consensum Nostri rmi patris generalis, cui supplicabitur, ut illud approbet, concurratque ad obtinendam bullam, seu rescriptum, ut habeat majorem firmitatem, stabilitatemque in omnibus suis conditionibus.

Hisce legibus, et statutis, quæ justitiam distributivam, æquitatemque inter omnes religiosos respiciunt, et servant, nostra quidem sententia, omni ambitioni præcluditur aditus; pax firmabitur, fraterna charitas fovebitur, et regularis observantia florebit; quapropter oratores, qui regio decreto libentissime subscribimus, ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provoluti, enixe oramus, et humillime deprecamur ap-

probatione a Vestra Sanctitate in forma Brevis confirmari, et roborari digneris.

Fr. Joseph Flores provinciæ.

Fr. Gabriel de Huetff. procurator.

Fr. Bernardus Repidos ex assistens generalis.

Fr. Martinus Diaz ex-provincialis.

Fr. Augustinus Torres ex-provincialis.

Fr. Jacobus Montes.

Fr. Manuel Antonius Lopez.

Fr. Joseph Gutiense.

Fr. Joannes Arteaga.

§. 16. Cum autem sicut eadem expositio prosequatur, et per Nos sanari capitulum provinciale prædictum, et præinsertam tripartitam officiorum memoratus Karolus rex catholicus summo opere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ejusdem Karoli regis catholici votis annuere volentes, ac singulares fratrum provinciæ prædictæ personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prædictum capitulum provinciale auctoritate apostolica tenore præsentium validamus, et confirmamus; omnesque, ac singulos juris, et facti defectus in eo quomodolibet interventos supplemus, et sanamus; insuper præinsertam tripartitam officiorum provinciæ prædictæ auctoritate, et tenore præfatis confirmamus, et approbamus, illicque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiicimus, et omnes, ac singulos juris, et facti pariter defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Tenor apostolica confirmationis.

§. 17. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et deliniri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ sæculares, et irritantes.

Derogatio con-
trariorum.

§. 18. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et provincie etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno octavo.

CDXV.

Dat. die
25 januarii
1783
Anno VIII

Concessio indulgentiae plenariae assequenda ab eis, qui occasione capituli generalis basilicam ss. duodecim Apostolorum de urbe visitaverint.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus
praesentes literas inspecturis salutem,
et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessio-
nis.

§. 1. Cum sicut accepimus, capitulum generale fratrum ordinis minorum, s. Francisci Conventualium nuncupatorum propediem, benedicente Domino in ecclesia basilica nuncupata, seu conventu ss. XII. Apostolorum fratrum ejusdem ordinis de urbe celebrandum sit, Nos, ut opus tam pium majorem cum fructu fiat, et ad augendam fidei religionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui dictam, vel aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium

ordinis hujusmodi die vicesima octava mensis maji, qua incohabitatur capitulum generale hujusmodi, ac singulis actualis illius celebrationis diebus devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; atque praesentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die xxv. januarii MDCCLXXXIII. pontificatus Nostri anno octavo.

Conditiones
et fides habenda
transumptis.

CDXVI.

Confirmatio statutorum observandorum pro cultura tenimentorum agri Romani.

Dat. die
10 januarii
1783
Anno VIII.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

§. 1. Una delle più gravi cure del Nostro temporale governo, che è stato a Noi dalla divina provvidenza affidato insieme colla pontificia dignità, è stata quella d'invigilare con tutte le Nostre forze sugli esempj de' sommi pontefici Nostri predecessori alla conservazione della cotanto necessaria arte dell'agricoltura, e ciò non meno pel comune vantaggio de' Nostri sudditi, che per mantenere particolarmente l'abbondanza in questa Nostra città di Roma. Ma poichè non ostanti i tanti mezzi finora impiegati per un sì lodevole fine, dobbiamo vedere anche al dì d'oggi le campagne circonvicine, e special-

Proponitur

mente quelle dell'agro Romano assai meno coltivate di quello, che potrebbero essere e per la loro ampiezza, e per la naturale loro fertilità, perciò ci siamo posti in animo di nuovamente tentare una sì interessante intrapresa, restringendoci per ora alla coltivazione dell'agro Romano, il quale Noi consideriamo in modo particolare destinato per la provista di Roma, e ciò senza dipartirci delle tracce dei regolamenti stabiliti dai Nostri predecessori, i quali moderati, e corretti a misura di quello, che l'esperienza ci ha insegnato dover si fare, e adattati alle circostanze de' tempi, speriamo, che debbano essere capaci di produrre quella seria, e permanente utilità, che Noi pel dover Nostro, e per l'amore, che portiamo ai Nostri sudditi, sommamente desideriamo.

Confirmatio
aliam consti-
tutionum edi-
tarum a Cle-
mente VII. Xi-
sto IV., et Ju-
lio II.

§. 2. Avendo Noi pertanto seriamente considerati, ed esaminati tutti i provvedimenti dati su tal materia dai sommi pontefici Nostri predecessori, ed avendo fra gli altri riconosciuto uno dei più interessanti esser quello, con cui dalla fel. mem. di Clemente VII., confermando le lettere di Sisto IV., e di Giulio II., in mezzo a molte altre salutari disposizioni, viene principalmente ordinato, che nell'agro Romano, e nelle provincie annonarie siano obbligati i proprietarj di ogni sorta di terre, e tenute di rompere, e coltivare ogni anno la terza parte delle medesime, con permettere ancora a qualunque estranea persona il coltivarle qualora dai detti proprietarj non si eseguisse la prescritta coltivazione, ed avendo in seguito osservato, che dopo molti, e molti altri regolamenti prescritti nei tempi susseguenti in favore dell'agricoltura dagli altri Nostri predecessori, finalmente anche a' di nostri per maggiormente ampliare l'esercizio di quest'arte, con editto emanato d'ordine, ed oracolo del Nostro predecessore Clemente XIII., previo il parere di una congregazione di rini cardinali, e prelati, sia stato disposto, che oltre l'infirmità, ed annullazione di tutti quei patti, che nei contratti fra i proprietarj delle tenute, e gli affittuarj potessero in alcun modo impedire la libera coltivazione delle terre, sia anche lecito a tutti gli agricoltori di rincoltare le medesime terre a lor piacimento; con tali disposizioni principalmente abbiamo creduto di regolare le Nostre nuove deliberazioni rapporto alla coltivazione dell'agro Romano, con quelle modifi-

cazioni, dichiarazioni, ed aggiunte, che dopo una seria considerazione abbiamo stimato più a proposito per rendere in ogni maniera eseguibili le Nostre intenzioni.

§. 3. Siccome adunque una delle principali ragioni, per cui la mentovata costituzione di Clemente VII. che contiene l'obbligo a tutti i proprietarj delle tenute di coltivare ogni anno una terza parte delle loro terre, non ha potuto avere il continuato suo effetto, abbiamo osservato esser quella d'essere stata soltanto genericamente prescritta, ed ordinata la coltura della terza parte di tutti i terreni senza determinare quali effettivamente fossero le porzioni di terreno, che doveano in ciascun anno sottoporsi all'aratro, quali i rispettivi quarti delle tenute, quali, e quanti i prati da riservarsi per pascolo de' bovi aratorj, per uso de' fieni, per pascolo degli animali, che servono al carreggio alla capitale delle grascie, ed altre cose necessarie alla vita, quali i terreni sterili di loro natura, donde si è reso troppo difficile invigilare all'osservanza della legge per le molte vie, che restavano aperte ad eluderla agli agricoltori coll'addurre qualunque dei mentovati titoli, e ragioni in iscusata di non aver fatta maggior semente; perciò abbiamo creduto necessario principalmente su questo articolo di porre la cosa in tale stato, che niuno dei mentovati pretesti possa esser allegato da ora innanzi, con istabilire, e fissare specificamente tutto il terreno, che in ogni stagione dovrà andare a semente, onde quanto, sia facile il sapersi da ogni agricoltore quale sia la sua obbligazione, altrettanto sia facile ancora a riconoscersi chi non vi abbia corrisposto. Pertanto abbiamo ordinato a monsignor prefetto dell'annona, che colla scelta di più persone perite nell'arte agraria, e pratiche particolarmente della coltivazione dell'agro Romano, previa un'esatta istruzione per ben condursi in una così tanto interessante operazione, facesse attentamente visitare tutte, e ciascheduna tenuta di esso agro Romano, e stabilire in ognuna di esse, qualora facesse di bisogno, un nuovo metodo da doversi tenere nel coltivarle, dividendo i quarti da seminarsi in terzeria, o in quarteria secondo la natura, ed attività dei terreni, separando il terreno sterile dal fruttifero, assegnando i prati non solo pel necessario pascolare dei bovi aratorj, e per la necessaria provvista de' fieni, ma lasciando ancora

Qualis ordo
servandus sit
in cultura agro-
rum præfu-
tur.

tutti gli altri pascoli e per l'uso de' procoj, e per gli animali inservienti a' trasporti e facendo tutt' altro, che da essi si credesse opportuno per la buona economia, e regolamento di ciascheduna tenuta, avuto riguardo anche alla particolare situazione, qualità, ed altre circostanze di ciascuna di esse tenute: in seguito di che avendo il detto monsig. prefetto dell' annona eseguiti i Nostri sovrani voleri per mezzo della perizia, e visita suddetta, il ristretto della quale sottoscritto, è giurato dai sudetti peritici ha presentato in un ben ordinato catastro, ed avendoci il medesimo riferito essere la detta perizia, e visita stata fatta non solo con tutta la necessaria attenzione, ma anche con essersi dedotta a notizia dei proprietarj delle tenute, ed affittuarj non solq prima che la medesima si effettuasse, ma anche con essere stati i medesimi intimati sulla faccia del luogo in atto, che i periti si son portati ad eseguire le loro operazioni, e finalmente dopo terminate le medesime di aver egli stesso interpellato, e sentito ciascun proprietario, ed affittuario per intendere quali difficoltà ciascuno di essi avesse ad opporre al nuovo metodo di coltivazione prescritto in esso catastro, ci siamo finalmente risolti di venire all' approvazione del medesimo con prescrivere di più tutte quelle altre ordinazioni, che abbiamo creduto necessarie, ed espedienti, perchè il detto catastro venga in ogni sua parte costantemente eseguito, come diremo in appresso, ben sicuri, che e per le grazie, che l'animo Nostro è disposto di accordare in ogni tempo agli agricoltori, specialmente colla felice, e sollecita distribuzione delle tratte da farsi ai medesimi in proporzione della sementa, che ciascuno avrà fatto, e pe' grandissimi vantaggi, che dell' accresciuto esercizio della loro arte loro ne verranno naturalmente in appresso, saranno poi per applicarsi spontaneamente alla medesima, e renderanno pienamente soddisfatte le paterne Nostre brame. Pertanto di Nostro moto proprio, non ad istanza di alcuno, ma per Nostra mera deliberazione, di Nostra certa scienza, e colla pienezza della Nostra potestà approviamo, e confermiamo il detto catastro, e quanto in esso si contiene tanto generalmente che particolarmente, e per tutto ciò, che concerne il regolamento, e metodo da osservarsi in tutte, e ciascheduna delle tenute in esso contenute, e vogliamo, ordiniamo, e comandiamo non solo a tutti, e singoli affittuarj, e coloni delle

Bull Rom. Tom. VI.

tenute dell' agro Romano, ma anche principalmente, e primariamente agli istessi proprietarj, e possidenti dell' agro Romano tanto laici, quanto ecclesiastici di qualunque condizione essi siano, camera apostolica, reverendissimi cardinali, capitoli di patriarcali, basiliche, e collegiate, santuario di Loreto, pia casa del s. uffizio, principi, duchi, conti, marchesi, feudatarj e baroni, regolari di qualsivoglia ordine, e istituto, comprese le undici congregazioni, cavalieri, e commende della religione di Malta, ospedali ed altri in qualsivoglia modo più privilegiati, de' quali per comprenderli fosse necessario di farne speciale, ed individua menzione, che il detto catastro, esibito che sarà da monsignor prefetto dell' annona per gli atti di uno dei nostri segretarj di camera, e nell' uffizio dell' agricoltura, e il metodo, e regolamento in esso conteuto, incominciando dalla prossima rompitura del mese di marzo 1783. si debba sempre in avvenire esattamente, ed inviolabilmente osservare, e che debba in ogni anno rompersi, e magesarsi in ogni tenuta quella quantità, e porzione di terreno, che in esso catastro viene prescritto, senza che sia lecito a veruno, fuorchè con licenza in iscritto di monsignor prefetto dell' annona, non solo di tralasciare in minima parte la sementa, che in esso viene ordinato di fare, ma neppure di variare nè il turno, nè l'ordine in veruna tenuta, nè di cambiar luogo, e divisione ai quarti, nè di far nuovi prati, nè di variarne la situazione, nè di fare alcun' altra novità anche sotto pretesto di necessità, purchè non si trattasse di estendere i quarti destinati alla sementa, e di maggiormente ampliarli, il che potrà sempre farsi da qualunque proprietario, affittuario, e colono, purchè debbano, e ciascuno di essi debba sempre lasciare il conveniente pascolo per i bovi aratorj, conforme vien prescritto nel catastro.

§. 4. Come ancora pel maggiore aumento dell' agricoltura, e per aderire a quanto fu providamente disposto nel mentovato editto del Nostro predecessore Clemente XIII. dichiariamo, che oltre il doversi obbligatamente dagli agricoltori seminare quella quantità di colti, che nei terreni da regolarsi in quarteria nel catastro vengono prescritti, sarà lecito anche ai rispettivi agricoltori, e conduttori di rincoltare ne' terreni, che anderanno a terzeria, e di biscoltare in quelli, che anderanno a quarteria, tutta

*Declarationes
speciales.*

F f f f

quella quantità di terreno, che loro parerà, e piacerà, purchè tali colti, e rispettivamente tali biscolti non cadano nell'ultimo anno dei rispettivi affitti, e colonie, giacchè i terreni, ne' quali dovrà far la maggese il nuovo affittuario, o colono, dovranno sempre lasciarsi ad esso riposati almeno da un anno, onde possa ricavarne il frutto corrispondente alle spese, che esige il lavoro della maggese.

De jure restringendi agrorum dominis reservato.

§. 5. Che se mai accadesse, che o per qualità del terreno, o per volersi dai proprietarj restringere una qualche porzione di terreno, e ridarsi a miglior cultura con piantarvi ulivi, viti, moricelsi, e fare altre simili bonificazioni; la qual cosa non sarebbe che troppo desiderabile, e su di che lasciamo ai proprietarj ogni arbitrio, e facoltà, ovvero per motivo di divisione di una in più tenute, o di unione di più tenute in una, o per qualunque altro motivo dovesse necessariamente variarsi il metodo, e regolamento di alcuna di esse tenute, vogliamo sotto pena ancora della caducità dal possesso, e dominio dei fondi medesimi ed altre pene a Nostro arbitrio, che i proprietarj sian tenuti denunziare a monsignor prefetto dell'annona l'innovazione, che sono per fare, affinchè dal medesimo colla scorta di persone esperte nell'arte agraria possa prescriversi il nuovo metodo, e taro di coltura, che dovrà tenersi in ciascuna di esse tenute a norma del qual metodo dovrà correggersi l'anzidetto catastro.

De annali verificatione super observantia statutorum

§. 6. E perchè la sopraespressa Nostra volontà riguardante l'osservanza del da Noi approvato catastro rimanga onninamente in ogni tempo adempita, incarichiamo strettamente a monsignor prefetto dell'annona, e a' suoi successori, che ogni anno alla fine del mese di marzo debba spedire una, o più persone oneste ed abili nell'arte dell'agricoltura, le quali colla scorta del da Noi approvato catastro osservino, e rincontrino sulla faccia del luogo esattamente, se in ciascuna tenuta dell'agro Romano sia stata intrapresa la rompitura in esso prescritta, e nella quantità, e luogo stabilito, e se tutt'altro rimanga adempito a forma del catastro medesimo, e qualora si troverà essersi in alcuna tenuta mancato in tutto, o in parte alla sementa prescritta vogliamo, che da monsignor prefetto dell'annona si faccia stimare secondo le regole dell'arte il frutto, che ragionevolmente si ritrarrebbe dal terreno non coltivato, se si coltivasse secondo la sua estensione,

e qualità, dedotte le spese, e che il valore di quello si debba ripetere o dal proprietario della tenuta, o dall'affittuario, o dal colono se vi sarà, i quali tutti a quest'effetto si abbiano ad avere per coobbligati, per ripartirsi ciò, che da essi verrà pagato ad arbitrio di monsignor prefetto dell'annona in beneficio degli agricoltori dell'agro Romano più bisognosi, che si troveranno aver adempito alla quantità di sementa prescritta, volendo, per conseguire la detta emenda si possa agire per via di mano regia, di sequestro, ed in ogni altro modo più efficace.

§. 7. Ad oggetto però di prevenire, che non si tralasci di eseguire quella quantità di sementa, che in ogni tenuta vien prescritta, adesivamente a quanto viene ingiunto nella mentovata costituzione del nostro predecessore Clemente VII. ordiniamo, e vogliamo, che mancando qualunque agricoltore, affittuario, o colono in tutto, o in parte alla detta sua obbligazione, sia lecito, e possa qualunque altra persona di qualunque qualità, grado, e condizione ancorchè forestiera, e non abitante nel Nostro pontificio dominio, maggesare, e seminare quel quarto o quella porzione di quarto, che dovendo secondo il metodo del catastro andare a rompitura, sarà lasciato in abbandono, e ciò senza pagamento alcuno di risposta nè in grano, nè in danaro, e che il proprietario, affittuario, o colono della tenuta sia obbligato prestar gratis il pascolare sufficiente per la coltura di esso terreno, comodi di granari, e casali, come ancora intendiamo, che in quel luogo, dove sarà stata fatta la maggese, ed a quella stessa persona, che l'avrà fatta, sia anche lecito l'anno susseguentemente di fare il colto, parimenti senza pagamento alcuno di risposta. E perchè non possa nascere alcuna dubbiezza sulla interpretazione di questa Nostra volontà vogliamo, che ciò debba praticarsi nel seguente modo, cioè che non essendosi dai rispettivi proprietarj, affittuarj, e coloni incominciata la maggese nel quarto, in cui spetterà di farsi a tutto il mese di febraro, sia lecito ad ognuno d'interpellare i medesimi giudizialmente se vogliono maggesare, e rispettivamente seminare il quarto, di cui sarà questione, quale interpellazione seguita, e riprodotta dentro il termine di giorni tre avanti monsignor prefetto dell'annona, debbano i medesimi dichiarare se intendono ciò fare, o no, e non facendo detta dichiarazione, o

Quid deficientibus dominis, seu colonis agrorum serere iuxta legem statuti, hac facultate quisque de populo uti possit.

dichiarando di non voler essi intraprendere la detta lavorazione, debba decretarsi il diritto di maggesare, e seminare detto quarto, in favore di chi avrà fatta l'interpellazione, esimendo l'interpellante da ogni risposta sì a grano, che a denaro, come si è detto, e mancando poi anche il detto interpellante all'adempimento dell'assunta obbligazione di seminare il detto quarto, sia tenuto a rifondere il prezzo corrispondente al prodotto di detto terreno da liquidarsi come si è detto di sopra, e si possa agire contro il medesimo tanto personalmente, che realmente, ed anche sul prezzo dell'erba del quarto, che dovea seminarsi.

Monitum ad
dominos, et
usufructuar-
ios prædio-
rum.

§. 8. In seguito poi di questa Nostra suprema ordinazione, e volontà avvertiamo qualunque padrone proprietario, o usufruttuario delle tenute dell'agro Romano di qualsivoglia stato, grado, e condizione, che negl'istromenti, o apoche di affitto, o colonia, o altro qualunque contratto delle medesime, che si farà da oggi in avvenire sotto pena di caducità dal possesso, e dominio de' rispettivi fondi, e terreni, non ardisca di apporre alcun patto, o convenzione, che sia in alcun modo, e in qualunque benchè minima parte contraria a questa Nostra disposizione, e a quanto vien prescritto nel da noi approvato catastro, e se mai alcuno ardisse di ciò fare, oltre l'esser egli incorso nelle pene suddette, vogliamo che tali patti, e convenzioni si abbiano per nulle, irrite, e di nessun valore, e come se apposte non fossero, e che il notaro, che si sarà rogato di tali istromenti, o avrà legalizzate tali apoche, s'intenda incorso ipso facto nella pena di cento scudi d'oro, e nella sospensione dall'esercizio del suo ufficio.

Quod pacta
etiam ante le-
gem stipulata,
que tamen le-
gi aversentur
nullius sint ro-
boris, et effi-
cacia.

§. 9. Per quei contratti poi di locazioni, colonie, o altri qualunque delle tenute dell'agro Romano, i quali fossero tutt'ora veglianti, e che o già stipolati non fossero incominciati a decorrere, o già incominciati a decorrere non fossero ancora spirati, nel tenore dei quali si comprendesse alcun patto in qualunque modo contrario a questa nostra disposizione, vogliamo, che i medesimi patti abbiano ad aversi per non apposti, e che l'esecuzione dei contratti debba pienamente conformarsi a questa Nostra disposizione, e per qualunque questione di lesione, danno, defalco, bonifico, o altra qualunque potesse nascere fra i locatori, o conduttori delle tenute suddette per la varietà,

Bull. Rom. Tom. VI.

o alterazione, che potesse forse indursi nei rispettivi contratti dall'abolizione di simili patti, vogliamo che tali questioni, non convenendo amichevolmente le parti fra di loro, debbano nel termine di giorni quindici dalla pubblicazione di questa Nostra ordinazione dedursi avanti monsignor prefetto dell'annona, al quale diamo a quest'effetto privatamente a qualunque altro giudice, o tribunale tutte le facultà necessarie, ed opportune, perchè possa, e debba deciderle tanto giudizialmente, che stragiudizialmente, sommariamente, ed economicamente con facultà di comporre le parti anche ex officio, di dichiarar rescissi i contratti, qualora facesse di bisogno, e la giustizia lo richiedesse, e di prender qualunque altro espediente, o provvedimento crederà equo, ed opportuno per l'esecuzione di questa Nostra volontà, senza che da quanto dal medesimo verrà stabilito, e deciso, possa ad altri reclamarsi, che a noi medesimi.

§. 10. Come ancora per l'esecuzione di quel più, che si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio, diamo, e concediamo allo stesso monsignor prefetto ogni altra facultà, ed anche di publicar bandi, ed editi, e di fare qualunque altra cosa stimerà necessaria, ed opportuna, essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

De jure præsu-
lis unquam
promulgandi
edictales leges
et banuimonia.

§. 11. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non si ammetta ne' libri della nostra camera secondo la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, vaglia, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, ancorchè non vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti il commissario generale della Nostra camera, i proprietari, affittuarij, e coloni delle tenute dell'agro Romano, e chiunque altro avesse, o pretendesse di avere in esse interesse, non ostanti qualsivoglia altre costituzioni apostoliche nostre, o dei nostri predecessori, leggi, privilegi, statuti, loro riforme, grazie, indulti benchè conceduti, e confermati in forma specifica da Noi, e da questa s. Sede, usi, stili, consuetudini, qualunque contratto anchè colla Nostra rev. camera, qualunque convenzione, patto, condizione, proibizione, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e supplendo Noi colla

Clausulas salu-
tates, et irri-
tantes.

F f f l 2

pienezza della Nostra suprema, ed assoluta potestà a qualunque vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, questa volta solamente, ed agli effetti suddetti specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 25. gennaio 1783.

Dat. die
4. februarii
1783
Anno VIII.

CDXVII.

Imminutio festorum in diœcesi Elvensi

Venerabili fratri episcopo Elvensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. **C**um sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæterquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam non sine conscientie angore contemnuntur.

Expositio præcæm.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Elvensi adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id

eo facilius contigit ob excrementum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque, qui Christifideles, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuæ per præsentis committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diœcesis Elvensis existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, sancti Josephi, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ virgini immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earumdem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod, quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientie scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipies, et mandes.

Tenor concessionis, cum suis declarationibus, et conditionibus.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et

Derogatio contrariorum.

synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ sub annulo piscatoris die quarta februarii millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno octavo.

CDXVIII.

Dat. die
31 februarii
1785
Annò V^o P^o L.

Exemptio parochialis ecclesiæ sanctorum Gervasii, et Protasii loci de Zibello Burgi sancti Domnini diœcesis a quocumque jure matricitatis, et superioritatis ecclesiæ parochialis sancti Joannis Baptistæ plebis Octovillæ ejusdem diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. **Q**uamvis Romanus pontifex pro pastoralis sollicitudine, qua omnes ecclesias prosequitur, curare teneatur, ut sarta tecta serventur jura uniuscujusque ecclesiæ, interdum tamen contingit, ut vel pro bono pacis, vel ob frequentiam locorum, vel ob sublimorum principum vota, ea moderare certis limitibus circumscribere debeat, prout omnibus mature pensatis rerum, et temporum circumstantiis, in Domino salubriter expedire arbitratur.

Ratio concessionis exponitur.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, jamdiu, et ab antea usque sæculo variæ, et plures dissensiones inter ec-

clesiam parochialem sancti Joannis Baptistæ de plebe Octovillarum ex una, et ecclesiam itidem parochialem sanctorum Gervasii, et Protasii loci de Zibello diœcesis Burgi sancti Domnini, quoad jura matricitatis, et eorum exercitium exortæ sint, adeo ut, nec episcoporum decreta, nec adhita studia cas compescere potuerint; cum insuper loci di Zibello prædicti frequentia aliquam exigat rationem, quibus omnibus cum dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Mariæ Hispaniarum infantis preces adjungantur.

§. 3. Nos hinc cum privatarum ecclesiarum jurgia universam ecclesiam, quodammodo vulnerent, ac populi frequentia peculiarem providentiam postulet, nec non votis memorati Ferdinandi infantis annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine lites omnes, et causas, quæ usque adhuc inter parochos dictarum ecclesiarum viguerunt, in statu, ac terminis, in quibus de præsentem reperiuntur a quoquam iudice, coram quo pendent, vel pendere, quoad jura matricitatis, eorumque exercitium dignoscitur, harum serie avocamus, illasque perpetuo supprimimus, et extinguimus, ac perpetuum desuper tam modernis, quam pro tempore futuris dictarum parochialium ecclesiarum rectoribus, seu parochis, ac aliis quibuscumque silentium imponimus, osque occludimus; præterea ecclesiam parochialem sanctorum Gervasii, et Protasii dicti loci de Zibello a quibusvis juribus matricitatis alterius parochialis ecclesiæ sanctis Joannis Baptistæ de plebe Octovillarum, ac a quocumque moderni, et pro tempore existentis illius rectoris, seu parochi jure, et superioritate, motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus eandem tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod parochus sancti Joannis Baptistæ plebis Octovillarum, seu alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætententes cujuscumque gradus, status, ordinis, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis, seu alias speciali, et individua mentione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ, propter quas eadem præsentem literæ emanarint, adductæ, specificatæ, et justificatæ fuerint, aut

Tenor concessionis.

Clausula salutaris, et irritantes, exclusivæ cujusvis iudicii remedi.

ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intemari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas præsentis literas, et in eis contenta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et in conciliis etiam universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissio-

rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima februarii millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno octavo.

CDXIX.

Dat. die
18 februarii
1783
Anno VIII.

Unio ecclesiæ de Barcos una cum suis bonis favore monasterii Ulyssiponen-sis, et constitutio pensionis pro monialibus ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo Lacedemonienis diocesis.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**x debito pastoralis Nostri ministerii officio, ad ea operationis Nostræ studia diligenter convertimus, per quæ Christifidelium vota salutem præsertim animarum concernentia optatum consequantur effectum, ac ea, quæ per fideles ipsos pie facta, ac ordinata esse dignoscuntur, ut firma, ac illibata perpetuo persistant, cum a Nobis petitur, libenter apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine roboramus, ac alias etiam concedimus, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Premium

§. 2. Sane Nobis nuper pro parte carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ expositum fuit, quod ipsa pro singulari suæ pietatis affectu, ad divinum cultum magis magisque in regnis suis promovendum, novum amplissimum monasterium Ulyssiponense pro monialibus ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo reformatis nuncupatis magno quidem sumptu ædificare suscepit. Verum cum, sicut eadem expositio subjuagebat, tum, ut prædicti monasterii constructio commodius perficiatur, tum, ut earundem monialium necessitatibus, ac indigentis in posterum etiam consulatur, ecclesiam de Barcos eidem monasterio uniri, ac anouam perpetuam pensionem, tum super ecclesiæ de Miranda de Corvo diocesis Coimbriensis, quæ, ut asseritur, est de jure patronatus dilecti filii nobilis viri Joannis de Bragantia

Expositio præcæm porrectarum a regina fidelissima.

ducis Lafoens, prævio ipsius Joannis obtento consensu cum etiam aliarum ecclesiarum, quæ de jure patronatu, ut pariter asseritur, redditibus, proventibus favore monasterii prædicti reservari ipsa summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis

§. 3. Nos igitur religiosis memoratæ Mariæ Franciscæ reginæ votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, fraternitati tuæ per præsentem mandamus, ut in diocesi Lamacensi consistentem ecclesiam de Barcos una cum suis bonis, redditibus, ac proventibus, missarum, aliorumque oneribus memorato monasterio perpetuo auctoritate Nostra apostolica unias, et adnectes, et ad illud transferas, applices, et appropries, ac præcipias, et mandes, ut missarum, aliorumque onera, quibus prædicta ecclesia de Barcos gravata reperitur, moniales dicti monasterii pro tempore existentes adimpleri curent, Nosque harum serie unimus, adnectimus, et incorporamus, et respective præcipimus, et mandamus; tibi que insuper earundem tenore committimus, ut super fructibus, redditibus, et proventibus, tum dictæ ecclesiæ de Miranda de Corvo, attento præstito consensu dicti Joannis ducis Lafoens, annuam perpetuam pensionem ducatorum septingentorum sexaginta octo auri de camera, hoc est *un conto, e duecentomila* reis monetæ Portugalliensis, tum ecclesiæ de Pinela ejusdem diocesis, substituto sancti Michaelis aliam perpetuam pensionem ducatorum ducentorum quinquaginta sex auri de camera, nempe *quattrocencomila* reis dictæ monetæ, nec non super fructibus pariter, et redditibus ecclesiæ substituto sancti Petri annuam itidem pensionem ducatorum tercentorum octuaginta auri de camera, scilicet *seicentomila* reis monetæ prædictæ, et ecclesiæ sanctissimo Salvatore dicatæ aliam pariter similem pensionem ducatorum centum viginti octo auri de camera, nempe *duecentomila* reis dictæ monetæ, et ecclesiæ sub invocatione sancti Jacobi annuam itidem perpetuam pensionem ducatorum centum nonaginta duo auri de camera, hoc est *trecentomila* reis, ac demum ecclesiæ sub titulo sanctæ Mariæ, quæ omnes in diocesi Lisbonensi consistunt, annuam similem pensionem ducatorum tercentorum

viginti auri de camera, nempe *cinquecentomila* reis favore monasterii, ac monialium prædictarum eadem auctoritate reserves.

§. 4. Declarantes tamen, quod omnes pensiones prædictæ, sic super fructibus, redditibus, et proventibus dictorum beneficiorum, seu ecclesiarum reservatæ, nisi prius per cessum, aut decessum rectorum, qui ea nunc obtinent, aut alias quomodolibet eadem beneficia, seu ecclesiæ prædictæ vacaverint, reservata esse intelligantur, ac nec eæ exigî, levari, ac percipi quomodolibet possint; volumus insuper, ac earundem serie decernimus, quod redditus, ac proventus, tum ecclesiæ de Barcos sic monasterio prædicto unitæ, tum memoratæ pensiones, ut præfertur, reservatæ, prius in sumptum constructionis ejusdem monasterii applicentur, deinde ea perfecta in illius dotem pro monialium, ac ibi inservientium sustentationem cedere debeant.

Declarationes
speciales.

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas perpetuis futuris temporibus firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec unquam sub aliquo prætextu, aut colore infringi, aut impugnari possint, sed illis, ad quos de præsentem spectat, et in futurum quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, et sanctæ Sedis nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subtilis, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque testatorum, qui missas, aliorumque onera in prædicta ecclesia de Barcos Lamacensis diocesis adimplenda reliquerint, etiam voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac tum ecclesiæ prædictæ de Barcos, tum aliarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis satutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et

Derogatio contrariorum.

formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore per-

mansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentis non intendimus dictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava februarii millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno octavo.

